



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

[Liber Tertius]

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

CATECHISMI DN.
CONRADI CLINGII, LL
BER TERTIVS. 90

CAPVT PRIMVM.

ARGVMENTA.

1. *Quomodo nos disponere debeamus ad mortem.*
2. *Quae facere debeamus lecto decumbentes.*
3. *Quid amici & propinqui faciant mortuo.*



POSTOLVS inquit ad Hebr. 9. statutum est hominibus semel mori, ideo nemo illam fugere potest, quia omnes sumus peccatores: propter stipendium peccati ad omnes veniet, sicut Apostolus ait Rom. 6. stipendium peccati mors. & quoniam nullus mortalium euitare potest mortem, non itaque nimium deplorare, neque nimium timere debemus mortem, quia est irreuocabilis. Magis ergo studere debemus, ut nos recte disponamus ad mortem. Hoc autem fit primo sic, ut moriamur diuitijs, pompis, possessionibus, & illa ita ordinemus, ut posteri nostri siue haeredes pacem habere possint, utque animum nostrum ab illis penitus abstrahamus, illa libenter relinquendo propter Deum, habentes verba Pauli in memoria, 1. Tim. 6. Nihil intulimus in hunc mundum, nihil hinc auferre possumus. Retrahare igitur debemus corda nostra ab amore diuitiarum & rerum nobis in mundo placentium, & libenter mori: ab his enim quam longissime animo recedere, Deo maxime placet.

Quare

Quare prima dispositio ad mortem est, vt animū suū cor nostrum à bonis temporalibus abstrahamus, & illis propter amorem Dei valedicamus, credentes firmiter nos multò meliora bona accepturos in vita futura, quàm hæc sunt quæ relinquimus: immò centuplum accipiemus Matt. 19. & Luc. 19. Sic disposuit se Iob ad mortem, ca. 1. inquit, Dñs dedit, Dñs abstulit, sic vestimēta Christi diuiduntur Mat. 27. Deindè moriamur odio & affectione erga proximum, remittēdo illi omnē offensam, & precādo optima à Deo, sicut Christus fecit in cruce, Luc. 23. Pater, dimitte illis, quia nesciunt quod faciunt. Hic gradus altior est priori, nepe vt quis moriatur, à vindicta proximi qui eum læsit. Stephanus flexis genibus orat p lapidatibus se Act. 7. hic cogitare oportet, quòd si volumus vt Deus remittat nobis nostra debita seu peccata, antequam moriamur, certè & nos dimittere debemus debitoribus nostris, id est, qui nos offenderunt, suā offensam: deindè, quòd omnes sumus fragiles & peccatores, quod tu quoq; alium potueris offendere: remittemus igitur, & Deus nostra remittet peccata propter suam misericordiam. Si enim non vult munus sibi offerri in altari, nisi reconciliato prius fratre, Matt. 5. nec animam tuam suscipiet, si emigrauerit in odio erga proximum. Postremò debemus libenter Deo offerre vitam nostram, dicendo: Ecce, mi Deus, dedisti mihi vitam: id donum tuum est: quandò volueris hoc repetere, fac: ego obediam libenter & ex corde: etsi dulce est à natura viuere, at tamen non mea, sed tua voluntas fiat, &c. Sic fecit Christus Mat. 26. in horto: is gradus est supremus: & hæc dispositio in tota vita durare debet, vt paratus sis cedere diuitijs, mundo, delictijs, odio. ac reliquis naturalibus, ppter Deū: semper enim hæc clausula addenda est, propter Deum, August. inquit: Sit bona vita, nec mala esse poterit mors, hæc dispositio præcedet infirmitatem & mortem.

Secundum

Secundò, dùm lecto decumbimus, primùm fiteri debemus peccata nostra quæ occurrunt, sicut atropius in cruce confitebatur publicè, dicēs ad sozum: Nos quidē iustè & meritò pro factis nostris peccatâ accipimus, hic autē nihil mali gessit, Luc. 23. Debemus igitur per Decalogum confiteri præceptorum Dei transgressiones & peccata: Deindè proponere in animo solum Christū, & cogitare cur sit passus tam crudelem mortem, & credere scripturæ Esa, 53. Posuit super illum iniquitatē omnium nostrum. Et Rom. 4. Mortuus est pro peccatis nostris: his scripturis firmissimā fidem adhibere oportet: & sic cogitare & dicere in corde, Ecce Deus meus, quia dedisti mihi filium tuum in saluatorem, de quo maximè gratias ago, ideò non curo (quanuis doleo) peccata quæ feci à sinistris, nec bona opera quæ feci à dextris: solum illum Christū fide teneo, propter illum rogo ô Domine Deus, ut dimittas mihi peccata, & dones vitam æternam, sicut promisisti in illum credentibus, fac ut eius mors sit vita mea. Ioan. 11. illius iustitia sit mea contra peccatum, illius sapientia sit mea contra astutiam Sathane, illius sanctitas sit mea contra infernum, illius redemptio mea sit contra mortem æternam, 1. Cor. primo. Postremò, cùm tali fide se infirmus armaverit, tunc debet sumere Sacramentum Eucharistiæ in signum firmissimæ fidei, quòd credit propter hunc effusum sanguinem & corpus traditum in mortem, se recepturum remissionem & vitam æternam, Matt. 26. ut in virtute & merito solius passionis Christi velit mori, & sic in manus Dei commendet spiritum, id est, animam & vitam suam, ut nunc Deus faciat secundum suam voluntatem, eò quòd iam oculis fidei vidit salutare Dei, id est, Christum. Insuper propter orationem proximorum & maximè sacerdotis, quia scriptura dicit Marc. sexto. Ungebant eos oleo, & Iacob. quinto. Si infirmatur quis in vobis, introducat

ducat

ducit presbyteros, ut orent pro eo, &c. non est negligenda unctio extrema vel contemnenda: non respiciat ad unctioem, sed orationem sacerdotum: hæc enim potissima ratio est unctioem: nam tu oras & credis in Christum, orat sacerdos & ceteri, & sic fit quod impossibile sit multorum preces non exaudiri: qui ergo contemnit unctioem, contemnit orationem propter quam potissimum unctio est instituta. Est quoque hæc promissio, scilicet, Et oratio fidei saluabit infirmum, &c.

8. Tertiò, defuncti illius proximiores sedulo curabunt hæc duo: primò, ut defunctus honestè sepeliatur: deinde, ut pro anima defuncti exoretur: hæc duo sunt fructus fidei & dilectionis, quia credimus hunc defunctum iterum nobiscum secundum corpus resurrecturum, & cum Christo viuere in æternum, quod talis defunctus etiã credidit promissioni Christi, Ioan. 11. Ego sum resurrectio & vita qui credit in me, &c. Honestam enim sepultura que fit propter articulum resurrectionis carnis, Deo placet, sicuti commendantur sancti viri, Tobias, Abraham, qui honestè sepeliit Saram uxorem suam, Genes. 23. Et Isaac cum Ismael sepeliuit Abraham patrem Gen. 25. Et Iudæi corpora mortuorum cum magno honore sepelierunt, ut Luc. de viduæ filio, & Christus honorificè sepelitur Ioan. 19. unde Deo plurimum placet honesta sepultura, quam ideò facimus, quia credimus verbo suo, nempe fore carnis resurrectionem & vitam æternam. Ideò tradit scriptura fore vnam de maledictionibus pessimis inhonestam sepulturam, 4. Reg. 9. de Iezabel, quam deuorârunt canes, & de falsis prophetis inquit Iere. 14. quod non habebunt qui eos sepeliât, immò communiter comburuntur, aut in aqua suffocantur. & cap. 22. de tyrannis inquit, Sepultura asini sepelientur. Ideò Dauid benedicit illis qui ossibus Saulis & Ionathæ fecerunt misericordiã, 2. Reg. 21. & pecc

& peccat
tum ad se
meteria c
rationes
uis. Dei
tionibus
clesia, suf
uersarij se
in odium
prianus, A
gijis, & ser
gatio pro
pro anima
uatorum,
mus. hoc e
ratum ad
aque vel e
rio, si non
libus oran
tiones pro

1. Qui
2. Qua
dalis
3. Quo
tiam

S

tronca se
& pecc

& peccatrix laudatur bono opere, quæ vnxit Christum ad sepulturam, Matth. 26. Per honesta igitur cōmateria conscientia ornatur, & quandò in illis ad orationes conueniunt Christiani, & orant pro mortuis. Deindè viuentes debent mortuos iuuare orationibus & elemosyna: Hoc enim pia fide tenet Ecclesia, suffragia fidelium prodesse mortuis: Nec aduersarij solida scriptura reclamare possunt, nisi quod in odium cleri faciunt. At omnes ferè doctores, Cyprianus, Augustinus, &c. plurimùm tribuunt suffragijs, & scriptura dicit quòd sit sancta & salubris cogitatio pro defunctis exorare &c. 2. Machab. 12. Sed pro animabus infidelium vt Iudeorum, & non baptizatorum, desperatorum, & impœnitētium non oramus. hoc enim scriptura prohibet, 1. Ioan. 5. Est peccatum ad mortem: non dico vt quis pro illo oret &c. atque vel ex hoc loco scripturæ argui potest à cōtrario, si non orādum est pro infidelibus, ergò pro fidelibus orandum est: sed multa argumenta & apparitiones probant efficaciam orationis pro defunctis.

CAPVT II.

ARGVMENTA.

1. *Quid sit propriè scandalum.*
2. *Quam graue peccatum sit coram Deo, scandalizare proximum.*
3. *Quòd scandala præbentes, rarò ad pœnitentiam redeant, & agrè saluentur.*



Scandalū est offensio, quo animus proximi alteratur & incitatur ad imitationē peccati alterius: & hoc fit vel fidei doctrina, vel vita, vel opere. Fide cōmittitur scandalū, si falsa doctrina & opinio tronca seminatur, vbi proximus in fide offenditur, AA qui

qui antè rectè credidit. Iam autè offenditur & perturbatur in hoc, quod dudum credidit, sicut de Sacramentis, quòd tātum tria debent esse, & quòd parvuli non debeāt baptizari: deindè quasi Deus nullū opus bonum respiciat, & sic aperitur fenestra liberius peccādi. Insuper mutare cæremonias sine necessaria causa, quæ licet non iustificent, ad finem tamen politicum, nēpe honesti ordinis in Ecclesia, seruata, nihil prorsus officiunt. Sic sunt quoque noua glossæ scripturæ & annotata, non ad catholicorū intellectū, sed potius dānatorum, & carnaliū authorū: quod est contra Apostolū Heb. 13. qui dicit, Peregrinis doctrinis nolite abduci. Contra eiusmodi spiritualia scandala iussit nos Christus audire Ecclesiam Matt. 18. & 11. inquit, Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Quorūcunque igitur doctrina non est conformis Ecclesiæ & fidei Catholicæ, non sunt audiendi. Rom. 12. Si quis habet prophetiam, &c. & Deut. 13. dicitur, si tibi aliquis voluerit persuadere &c. notantur scilicet doctores, quare præceptum est tibi, non particulari alicuius personæ doctrinam nos probare debere, sed communem audire Ecclesiam: iubemur etiam particularium hominum seu doctorum spiritus probare, an ex Deo sint, 1. Ioan. 4. Deindè scandalum in fide seu vita committitur, si quis turbauerit publicam pacem non obediendo magistratui, sicut Christus dicit ad Petrū Matt. 17. vt daret tributū ne scandalum committeretur. Sic ebriosi, irreligiosi, raptores, adulteri & id genus inutilium hominū, scandalizant tam eos qui extra Ecclesiā sunt, i. infideles, quā eos qui sunt in Ecclesia, probos ac pios Christianos. Atq; sic aliter temerarius est, reprehendendo Cæremonias & ordinationē Ecclesiæ: alius se opponit Magistratui, alius vescitur carnibus ex petulantia in quadragesima, & proximum ad imitandū prouocat: inquit enim Apostolus 1. Cor. 8. Si esus carniū scandalizat fratrem

&c.

Secundo, quàm graue sit peccatum, scandalizare proximum in fide aut facto aliquo, Christus primò exprimit, Matt. 18. dicēs: vae mundo à scandalis, necesse est enim venire scandala, s. vbi non est timor Dei, nec obedientia superiorū, i. quandò non timent introducere nouos errores, vel contemnunt superioritatē à Deo institutā, Rom. 13. necesse sequitur illos facere & excitare scandalum: sed vè homini per quem scandalum venit: melius esset illi, vt ei appenderetur mola asinaria in collo. &c. Sed dicis, quòd si res tam mala est scandalum, cur ergò Deus permittit? Respond. 1. Cor. 11. vt hi qui probati sunt inter Christianos, manifesti fiant: idèò Deus permittit fieri varia scandala, sed tamen vae illis qui ea committunt. Insuper differunt, scandalum præbere, & accipere: Scandalū præbet, qui sua proteruita, aut falsa doctrina, aut flagitioso facto offendit conscientiam proximi: sed accipere scandalum, aliud est. Iudæi enim, dum Christus prædicatur crucifixus, hoc pro scandalo habent, gentes autem pro stultitia, 1. Corint. 1. Sic si mali aut aduersarij scandalum accipiunt de veritate dogmatum Ecclesiæ, siue de cæremonijs & ritibus atq; alijs, relinquendi sunt, & permittendi in suo scandalo: veritas Ecclesiæ illis non præbet scandalum, quare nec propter ipsos veritas est relinquenda: vincit enim veritas &c. Et quoniã scandalum graue est peccatū, iubet Christus Matth. 18. vt nullius amici respectu quis consentiat in scandalū: ob id inquit: Si oculus tuus, i. pater, mater, soror, &c. quam diligis sicut oculum tuum.

tuum, aut si manus tua vel pes te scandalizant, i. pro-
pinquiores amici, & alij fautores, projice abs te: me-
lius est enim tibi, in cœlum ingredi &c. sine huiusmo-
di amicis quàm in gehennam projici &cæt.

3. Tertio, quoniam scandalum est graue peccatum,
ideò etiam horribiliter punietur, & communiter sic
obdurat hoc peccatum eos, quòd vix permittit illos
Deus ad pœnitentiam redire, sicut Ezechiel, tertio
dicitur de pastore negligente oues, aut scandalizans
illas falsa doctrina, scilicet quòd omnium sangui-
nem è manu sua requisiturus esset DEVS. Sic citat
Gerson parte 2. in sermone de pœnitentia Berenga-
rij, qui dixerat in die Epiphaniæ: Hodie apparebit
mihi Dominus ad salutem, quòd doleo errorem meum
quem seminaui: vel veniet mihi hodie Christus ad iudi-
cium & damnationem propter illos, quos falsa mea
doctrina & persuasione errare feci & scandalizans,
nec iam illos reuocare possum, qui in tali errore obite-
runt &cæt. Ipsius autem error erat idem, qualis Val-
desi de Sacramento Eucharistiæ, sed postea reuoca-
uit illum. Vnde patet, quàm periculosum sit ne per-
dicando scandalizemus aut errare faciamus animas
simpliciorum: nam omnium ouium istarum sangui-
nem Dominus de manibus falsorum prædicatorum
requirit æternaliter. Ideò iubet Apostolus Timo-
theo, vt sanam doctrinam doceat, 2. Timot. 2. Et quia
hoc tam graue est peccatum, rarò compertum est.
resarchas fuisse conuersos, sed obstinatos in errore
suo fuisse mortuos aut combustos: miserè enim per-
ierunt hæretici, Arrius, Iulianus apostata, Nouatus,
Donatus, &cæt. quoniam difficillimè conuertuntur,
ideò scriptura iubet eos vitari, quia subuersi sunt, ut
Tit. tertio, & dati in reprobum sensum, Roman. 1. 2.
sermo illorum ad impietatem proficit, & vt caneretur
morbus serpit, 2. Tim. 2.

CAPVT

CAPVT III.

ARGVMENTA.

1. *Quid sit Ecclesia vera, & quid solo nomine.*
2. *Qui sint ministri Ecclesie.*
3. *Quae Christus contulit Ecclesie suae, vt habeat certo vsq; ad consummationem seculi.*

HOC nomen, Ecclesia, significat congregationem omnium qui profitentur se Christianos, & non sunt excommunicati, & sic sunt boni & mali, id est, adulteri, fures, mēdaces, vsurarij, &c. de numero Ecclesiae, Matt. 13. Simile est regnum caelorum regni missae in mare, &c. Sed proprie & verè est Ecclesia Christi, congregatio iustorum, qui verè credunt in Christum, & sanctificantur spiritu Christi, de qua Ecclesia dicit Apostolus Ephe. 5. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquae in verbo vitae, vt esset gloriosa sibi Ecclesia, non habens maculam aut rugam, sed vt sit sancta & immaculata. Ex quo sequitur primo, quod illa congregatio iustorum, est spiritu conuincta in fide Christi per totum orbem, vbiq; sunt sancti fideles: ob id Ecclesia dicitur Catholica, i. vniuersalis in spiritu: nō em̄ alligata est vni loco, aut certis ceremonijs: Marc. vlt. Ite in mundum vniuersum. Deindè licet plurima vitia & crimina regnāt in mundo, semper tū sunt aliqua mēbra bona, aliqua admixta malis, vt vix conspici possint: vndè fit aliquandò vt illi qui putant se esse intra Ecclesiam, intra eam non sint: & qui sunt infimi, sint aliquandò nobiliora membra, crescit enim inter triticū zizania. Vera autē membra cognoscuntur esse, quae audiunt & custodiunt verbum Dei. Qui Sacramētis rectè vtuntur cū veritate & efficacia, quiq; suae vocationi respondent conuersatione

Luc. ii.

Matth. 7.

Christiana, illi merito suo & sanctitate in Ecclesia sunt: ceteri autem sunt membra putrida, & quasi la-
bes in corpore mystico Ecclesiae: Non omnis qui di-
cit mihi, Domine Domine, &c. Insuper Ecclesia sancta & immaculata est in fide & spiritu Christi, vel in
ipso Christo sancta & iusta, quia Christus caput de-
sponsus suae Ecclesiae sanctus & iustus &c. non sic san-
cta est Ecclesia fidelium, ut non habeat imbecilla mem-
bra, errores, & peccata: corpus enim infirmum est, ideo
quotidie orat Ecclesia, Dimitte nobis debita nostra,
& cetera. Matthaei 6. & quotidie pater agricola purgat
palmites, Ioan. 15. & Apostolus 1. Corinth. 3. delerit
bit Ecclesiam, inquit: Fundamentum aliud nemo
ponere potest. quasi dicat, cognitio vera de Christo
manet in perpetuum, licet sint discrimina doctrinae
alius enim supra fundamentum extruit aurum, ar-
gentum, lapides preciosos, id est, sanam doctrinam,
opera & pios cultus à Deo mandatos: alius ligna, in-
pulas & foenum superaedificat, hoc est, superstitiosas
opiniones & falsos cultus. Pij igitur sunt vera mem-
bra Ecclesiae, atque Ecclesiam constituunt.

2.

Secundò, Ecclesia Christi habet suos ministros
dispensatores bonorum Christi, quibus ornauit Eccle-
siam suam, & tales ministri sunt Papa ut superior, & E-
piscopi, sacerdotes, & clerici: illi sunt quidem etiam
membra Ecclesiae, non autem ipsi soli Ecclesia sunt, licet
de illis, quia sunt potior pars Ecclesiae, unde ipsa de-
nominetur. sunt iidem & ministri Ecclesiae 1. Cor. 12.
Sic nos existimet homo, &c. sicut enim imperatoris
principum nomine dicitur. quod tota Germania sic con-
ferit, licet solus Caesar cum principibus imperij hoc fa-
cerit: ita dicitur Papae & Episcoporum & Sacerdotum
mine Ecclesiam sic statuiffe, unde dictum Christi cum an-
si te non audierit, dic Ecclesiae: hoc est intelligendum
rectoribus & proceribus Ecclesiae, ut Chryloto sen-
tit. Debemus itaque obedientiam praelatis & ministris
Ecclesiae.

in Ecclesia
& quasi la
nnis qui di
Ecclesia fac
Christi, vel
tus caput
non sic fac
ecilla mem
rmū est, idē
ebita nos
icola purga
ath 3. delē
aliud nemo
a de Christo
na docent
aurum, at
doctrinam
ius ligna, s
uperstitio
at vera mem
nt.
s ministros
nauit Ecclē
superior, & L
uidem etiam
fia sunt, licet
yndē ipsa de
esia 1. Cor.
nperatoris
nia sic cōcl
perij hoc
Sacerdotū
risti cum
telligendū
hryosto ser
s & minist
Ecclesia

Ecclesie, quod sunt pro nobis rationem reddituri, Hebræor. 13. & qui illos audit recta docentes, ipsum Christum audit, cum ait: Qui vos audit, me audit: debemus quoque illis honorem & prouisionem, sicut Apostolus 1. Corinth. 9. & 1. Timoth. 5. ex scriptura Deuteron. 25. probat & latissimè deducit, & Galat. 6. Quare quicumque contemnunt ministros Ecclesie, aut eorum autoritatem eleuant, hi Christum ipsum offendunt &c. & luent in inferno pœnam cum multitudi- ne Chore & Abiron, Num. 16.

Tertiò, tribus donis decorauit Christus Ecclesiam suam: primò, vt in illa sit certa remissio peccatorum, donatio Spiritus sancti, vita æterna: idè extra Ecclesiam Christi nulla est remissio, neq; Spiritus sanctus, neq; vita æterna: quare nec Iudæus nec hæreticus excommunicatus potest habere vitam æternā, quia extra Ecclesiam sunt, vbi nulla est absolutio à peccatis. Vnde 1. Cor. 5. De his qui foris sunt, iudicabit Dominus, quasi dicat, Ecclesia illis nō distribuit sacramenta. Habet igitur Ecclesia sacramenta, per quæ certificat accipientem de gratia & remissione peccatorum, nam sic ordinauit Christus atque mandauit administrari sacramenta: propter quod mandatum Dei, valent & efficaciam habent distributiones sacramentorum, etiam si vita & mores ministrorū mali sint, modo ritè dispen- sent, nec sint hæretici, &c. Porriò Christus ordinauit & dedit Spiritum suum sanctum Ecclesie, vt illi assistat, & maneat apud illam in æternum, Ioan. 14. qui cum sit Spiritus veritatis, idè nō facit Ecclesiam errare, & indè dicitur quia Ecclesia non errat, sed hoc non potest intelligi de omnibus membris Ecclesie, nam affirmat scriptura, horribiles errores in Ecclesia exorituros. Matth. 24. Surgent Pseudoprophetæ, & cætera. Igitur de pijs illis ac veris Ecclesie membris intelligendum, qui rectè credunt & viuunt, quos Spiritus sanctus conser-

uabit etiam in exiguo numero, & hæc Ecclesia propter ipsum Spiritum sanctum dicitur columna veritatis & basis, secundum Apostolum, & illi, ut supra diximus, permixti sunt malis, & non videntur, nam fides non videtur: cognoscuntur tamen fideles, & in hoc Ecclesia est visibilis, ubi est uniformitas prædicationis, Sacramentorum, Cæremoniarum: homines videntur & prælati atque cætera membra. sic Ecclesia orauit pro Petro Act. 12. licet fides tecta sit, tamen ex operibus dinoscitur. Postremò, decorauit Christus Ecclesiam suam constantia, quatenus non deficeret à fide vsque ad consummationem mundi. Rogauit, inquit ad Petrum, pro te, ne deficiat fides tua, Luc. 22. & portæ inferorum non præualebunt aduersus eam, Matth. 16. quantumcunque Iudæi, Gentiles, & hæretici illam debellauerint. Non sic constabit congregatio Iudæorum, gentilium aut hæreticorum. Stat pro nobis firma promissio Christi: portæ inferorum, id est, nec peccata vel demon in conscientia aut Iudæus, Turca & cæteri aduersarij, foris: hæc sunt quasi desponsalia, quibus Christus sponsam suam acceptam sibi obligauit.

CAPVT III.

ARGVMENTA.

1. *Quæ & quotuplex sit forma clauium Ecclesie.*
2. *Quibus clauis sint concessæ ac mandatæ.*
3. *In quantum se extendant.*

I.



Hoc nomen, clauis, significat potestatem illam, quæ à Christo Ecclesie donata est, & ea potestas dicitur clauis. Nam sicut ea quæ claustris sunt obserata vel vincula, adhibita clauis patet & recluduntur, sic conscientie peccata abscondita, aperiuntur & liberantur.

berantur clauē spirituali uerbi Dei, ex quo habet potestatem ligandi uel soluendi, aperiendi uel claudendi regnum cœlorum. Clauis etiā dicitur ab eo, quia eiusmodi ligatio uel solutio, clausio uel apertio, nulla vi externa fit, sed tantum uerbis diuinis, quibus adhibita tanquam clauē, soluimus uel ligamus: Clauis enim sine vi aperit uel claudit: hæc autem potestas & clauis Ecclesię idem significant. Porro duplex est clauis Ecclesię seu potestas Ecclesiastica, nempe ordinis, quæ dicitur clauis consolationis: deinde iurisdictionis, quæ est clauis correctionis. Ordinis, id est, officij clauis, est potestas docendi Euangelium, & administrandi remissionem peccatorum, & distribuēdi Sacramenta: & idcō dicitur clauis consolationis, quia perturbatam conscientiam consolatur per prædicationem pœnitentię & fidei: & si quis obediērit Euangelio, illum liberat & absoluit: si quis autem cōtemperit pœnitere, illi reseruantur sua peccata: hæc potestas fundatur Matth. 16. & 18. Ioan. 20. Altera clauis est correctionis ac iurisdictionis, & est potestas excommunicandi obnoxios publicis criminibus, & rursus absoluendi eos, si conuersi fuerint, & petant absolutionem: & hanc formam habemus, 1. Cor. 5. ubi Apostolus eum qui cum nouerca peccauerat, excommunicat, & iubet expurgari uetus fermentum, & uetat cum Fornicarijs, Auaris, Maledicis, Ebriosis & raptoribus cibum sumere uel habere commercium, & Christus Matt. 18. iubet ut habeantur tanquam ethnici excommunicati, qui non audiunt Ecclesiam, & 2. Ioan. 1. prohibetur, ne Aue dixerimus ei qui hæreticus est, & nostræ contradicit doctrinæ: nam ille qui Aue dixerit, communicat operibus eius malignis. Sic utraq; potestas & clauis fit sine vi corporali, quæ admodum Apostoli neminem coërcuerunt gladio: Sed tamen leges & Canones tenent, quod hæretici & illi qui perturbant pacem publicam, etiam armis puni-

niendi sint. Ecclesia porrò vt omnia ordine fierent, & clauēs rectè vsurparentur, commisit clauem ordinis tantùm simplicibus ministris & sacerdotibus: vt tranq; verò clauem, Papæ, Episcopis, Prælati, &c.

2. Secundò, clauēs sunt in vsu & vtilitatē totius Ecclesiæ traditæ, vt omnes qui in ea sunt, possint absolui vel ligari. Non poterunt sic Iudæi & gentes, qui extra Ecclesiam sunt, vti his clauibus: nam quantum ad administrationem & dispensationē, non toti Ecclesiæ concessæ sunt, sed tantùm ministris, vt ijs vtantur ad vtilitatem cōmunitatis: nam illi in ordinatione sacerdotali à Catholico Episcopo accipiunt singulare donū ac potestatem dispensandi clauēs atq; sacramenta: nec enim quilibet baptizatus hæc potest. Nā Apostolus 1. Tim. 4. ait: Noli negligere gratiā quæ data est tibi p̄ impositionem manuum presbiterij sive Episcopatus. & 2. Tim. 1. Cōmonefacio te, vt susceperis donū Dei siue gratiā quæ in te est per impositionem manuum mearum: sed iam erat baptizatus Timotheus, & postea impositione manuum singulare accepit donū. vndè qui hoc dono caret, etiamsi baptizatus sit, non habet potestatem vtendi clauē, & Apostolus Rom. 10. inquit, quomodò prædicabūt (scilicet fructuosè) nisi mittantur? id est, ad hoc ministerium verbi per Catholicos Episcopos sint ordinati. & Matth. 23. vocatis seruis suis, dixit & c. Ergo quicumque temerè sibi hoc ministerium vsurpant, non solùm infructuosè agunt, sed etiam grauitèr peccant, vt patet in Chore, Dathan & Abiron, Num. 16. cap. Insuper et si historię testantur, in præsentia populi vel ab ipso etiam populo electos fuisse Episcopos (sed tūc cū adhuc exiguus erat numerus Christianorum) tamē semper accessit authoritas vicini Episcopi, penès quem stabat vel recusare, vel approbare electū, & sine tali Episcoporum authoritate ac confirmatione nullus legitur officium Episcopatus egisse. Itaq; hæc res nunquam dependit

dependit à solo populo: sed tunc Apostoli potiùs vel eorum successores, qui erant superintendentes Episcopi, constituerunt alios Episcopos ac presbyteros, non autem populus: quod expressè dicit scriptura Apostolica, ubi Paulus ad Titum, quem Episcopum fecerat in Creta, inquit Tit. 1. Huius rei gratia reliqui te in Creta, ut constituas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinaram &c. & Actor. 14. simile probatur, & sic hodiè officium Catholicorum Episcoporum est, ordinare vel constituere presbyteros: & sic ordinati ab illis, legitimam habent potestatem clauum in Ecclesia.

Tertiò, claues se extendunt ad remissionem culpæ & pœnæ æternæ: hinc stat satisfactio Christi, qui mortuus est pro delictis nostris, Rom. 4. & posuit in illū pater iniquitatem omnium nostrū, sed non extendunt se ad remissionē pœnarū temporalium, quæ naturaliter sunt nobis inflictæ & cognatæ, ut fames, sitis, infirmitas, aduersitas mors &c. Nam etiā sancti his obnoxij sunt, neque se extendunt ad pœnas quas pro peccatis peculiaribus Deus infligit, sicut populus Iudaicus propter idololatriam, Exod. 32. & murationē, Nu. 21. & propter adulterium, 2. Re. vlt. de Dauide &c. Et nūc plectitur mundus pestilentijs, bellis, dissidijs ac hèresibus, propter libidinem, crapulam seu ebriositatem, adulteria, avaritiam, impietatem &c. huiusmodi pœnas non tollunt claues: mitigantur tamen orationibus, elemosyna, pœnitentia & satisfactione, & cessatione à vitijs, 1. Cor. 11. Si nos ipsos diiudicemus &c. neq; extendunt se claues ad tollendas afflictiones sanctorū ac varias tribulationes: nā eiusmodi non sunt pœnæ pro culpis peccatorum, sed potiùs crux atq; exercitium, quo aboletur & moritur peccatum in nobis, & crescit nouitas Spiritus iuxta Apostolum, exterior homo corrumpitur, ut interior renouetur, sicut patet de Iob, Tobia, Paulo, & alijs

& alijs sanctis. Possunt quoq; clauēs extendi in pœnas temporarias, debitas pro culpis peccatorum, iuxta sanctiones canonum atq; veterum Pontificum qui septennem pœnitentiam exigunt pro vno peccato mortali, sed hoc solū potest authoritas Papæ & prælatorum Ecclesię: nam soli Petro dicta sunt hæc verba, Tibi dabo clauēs regni cœlorum, Matth. 16. Non sunt hæc verba dicta ad alios Apostolos, Ioan. 20. & Matth. 18. Sed illis dictum fuit simpliciter, Quęcunq; ligaueritis super terram, &c. Ideò tenet Ecclesiā, quòd quanuis omnes sacerdotes pares sint in absoluendo à culpa & pœna æterna, non tamen in absoluendo à pœna temporaria: Papæ verò authoritas extendit se ad pœnam & culpam &c. Christus inquit, Tibi dabo clauēs regni cœlorum: non inquit, Dabo toti Ecclesię, vt hæc tibi eas tradat, aut vt ab ea illas accipias: sed inquit disertè, Tibi dabo. Sunt igitur Petro traditę clauēs, non in persona Ecclesię, sed in sua potiùs tanquā publico superintendenti & officiali ad commoditatem Ecclesię & profectum fideiū &c. At inquis: Si sacerdos à pœna æterna & culpa absoluit, quare non etiam à pœna temporaria? Respondeo, quia Deus sic vult, vt in præsentī peccatum nostrum sic puniatur in nobis, 2. Reg. 12. vt in Dauid, qui à pœna æterna absoluitur quidem per prophetam Nathan, sed temporaria pœna illi reseruabatur, nempe mors filij, persecutio & bellum, vt in ipso peccatum hoc puniretur, & fructus pœnitentię fierent. Sic Apostolus 1. Corinth. 5. tradidit peccatores Sathanę ad interitum carnis, & licet culpe Adę sit remissa, attamen tota posteritas adhuc sentit pœnam &c. Roman. 8. Corpus mortuum est propter peccatum, id est, mortificatur.

CAPVT V.

A R G V.

ARGUMENTA.

1. *Quid propriè sit excommunicatio.*
2. *Quinam sint excommunicandi, & propter quam causam.*
3. *Quæ sint damna Excommunicationis.*

EXCOMMUNICATIO est separatio à communione Ecclesiæ propter enorme peccatum seu factum contra fidem & charitatem proximi: & fundatur in Euangelio Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum: &c. & si te non audierit, dic Ecclesiæ, ut citetur, admoneatur, corrigatur, quòd si nec Ecclesiæ audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus. Sed quid est hoc, sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus? idem est, ac si dixisset, nullam cum eo habeto communionem: nam eiusmodi communio est Christianis interdicta. Quæ pars fidei cum infidelibus? quod enim Israëlitis erit Cananæus, hoc est Christiano infidelis: habuit olim synagoga gladium, quo interfici iuebantur qui summo sacerdoti non obedirent. At Ecclesia spiritalem habet gladium & virgam, qua punit transgressores, scilicet excommunicationem: quæ potestas ideò data est Ecclesiæ à Christo, ut sit virga ad correctionem filiorum Ecclesiæ, tanquam si parentes utantur flagello propter disciplinam seruandam: nam vult Deus gloriosam & mundam fore suam Ecclesiam & Christianam congregationem, saltem à publicis scandalis & enormibus peccatis, sicut Apòstolus ait: Fornicatio & omnis immunditia nec nominetur inter vos. Ephes. 5.

Secundò, Excommunicatio non est ob quamuis causam vel leue peccatū facienda, sed debet accedere alia remedia, ut admonitiones, quòd resipiscat, & poena vltima esse debet excōmunicatio. Christus igitur docet excōmunicare illos, qui peccant contra præcepta

1.

2. Cor. 6.

Deut. 17.

Ephes. 5.

2.

cepta Dei, & permanent incorrigibiles: si quis à fide deciderit, si nomē Dei blasphemauerit, si sabbatum contēpserit, si parentes nō audierit nec honorauerit, si non adulterio, furto, homicidio, mēdācio, &c. abstinuerit, sic de omnibus p̄ceptis Dei & Euangelij, si quis admonitus perrexit in malitia, hic est excommunicandus. Sic Paulus excommunicauit hominem propter luxuriā cum nouerca, 1. Cor. 5. & iussit excommunicare scortatores, auaros, idolorum cultores, blasphemos, ebriosos &c. & vetat ne cum illis cibum capiamus, & signanter dicit, si quis frater nominatur &c. id est, Christianus: nam Iudei & gentes iam de facto sunt à nobis separati. Sic 2. Ioan. 1. excommunicat hæreticos, qui nō consentiunt nostrę doctrinę, & inquit: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis: qui enim dixerit illi, Aue, communicat operibus eius malignis. sic Galat. 1. Apostolus anathematizat falsa docentem, 2. Thess. 3. & vetat ne commercium habeatur cum illo, qui sermoni Euangelico non obedierit: ad Tit. 3. iubet vitare hæreticum, 1. Timoth. 1. tradit Sathanę Hymenæum & Alexandrum, &c. Propter huiusmodi ergo, & non propter leuem causam, facienda est Excommunicatio. At inquis: perpauci remanebūt in Ecclesia, si omnes tales sunt excommunicandi. nam maxima ex parte sumus peccatores & fragiles. Respondeo, esse peccatorem talem vel talem cum pœnitentia & proposito vitæ emendandi, & esse incorrigibilem & impœnitentem peccatorem, differunt: Humanum est peccare, sed sanctum, resurgere. Est autem hæc correctio, vt quis abstineat à peccatis: vel si ceciderit, citius resurgat.

Tertiò, damna quæ sequuntur, sunt eiusmodi: excommunicatus traditur potestati & regno Sathanę & excluditur regno Christi: nam & princeps huius mundi

mundi
in aliq
Christi
ergo qu
clerici
traditu
than ve
milia, f
accepit
mncm
ditur sa
vt Spirit
ad inter
deò dic
liq/v
det. Si
nolit p
ra & da
obedie
stuit,
us ferit
ra. Tim
propte
potesta
velit ex
tem ex
peccat
munic
omniū
num, i
operur
tū orb
ego or
peccat
ne S. J
adhuc

mundi habet suum regnū, & Christus suum regnū:
 in aliquo istorum oportet vt homo sit: si in regnō
 Christi, ibi Sathanas non habet potestatem: quādo
 ergo quis separatur auctoritate & potestate Dei Ec-
 clesie concessa, à communione & regno Christi, ibi
 traditur homo, quoad corpus Sathanę, vt illum Sa-
 than vexet, tribulet ac torqueat in corpore, bonis, fa-
 milia, fama & alijs, vt patet in Iob, in quem cū Sathā
 accepisset potestatem, percussit eum vlceribus, & o-
 mnem eius substantiam diripuit, &c. Non autem tra-
 ditur sathanę secundū animam, sed secundū corpus
 vt Spiritus saluus fiat, 1. Cor. 5. nam Apostolus solū
 ad interitū carnis tradidit sathanę hominē &c. & i-
 deo dicitur Excomunicatio medicinalis, id est, *nutri-
 liq̄* vt excomunicatus pudore afficiatur, & sese emē-
 det. Si autem contemnit excommunicationem, &
 nolit pœnitere, tunc excommunicatio fit mortife-
 ra & damnabilis animę, propter contemptum & in-
 obedientiam Dei, qui hanc excommunicationem in-
 stituit, & maxime, si quis in illa contumacia mortu-
 us ferit: ideò tales priuantur Ecclesiastica sepultu-
 ra. Timenda est itaque excommunicatio: nam Deus
 propter suam iustitiam vult exequi & perfici suam
 potestatem, etiamsi quis hereticus aut contumax nō
 velit excomunicatus esse: Deus non reuocabit virtu-
 tem excommunicationis, quā ipse instituit, propter
 peccatoris contumaciam. Alterum damnum excom-
 municationis est, priuatio bonorum spiritualium
 omnium, quę fiunt in regno Christi, scilicet oratio-
 num, ieiuniorum, suffragiorum, & aliorum bonorū
 operum, quę communiter fiunt à Christianis per to-
 tū orbem, sicut dicit Dauid Psal. 118. Particeps sum
 ego omnium timentium te, & quamuis peccator, dum
 peccat, seipsum excomunicat & separat à cōmunio-
 ne S. Ecclesie, quia tamen adhuc habet fidē, ideò est
 adhuc in Ecclesia, sicut membrum aridū in corpore:
 quod

quòd licet aridum sit & careat vita, attamen adhuc per nervos & pellem corpori coniungitur, & ali. quantulo fouetur corporis calore: & propter hanc fidem & communicationem, quia nondum separatus est per prælatus Ecclesiæ, particeps est orationum communium quæ fiunt ab Ecclesia. Sed facta excommunicatione, fit homo vt membrum penitus abscissum à corpore, & magis separatur quàm antea fuerat separatus ab Ecclesia, & Sathan accipit in illum ampliolem & faciliorem potestatem exercendi suam tyrannidem, quàm si homo solus semetipsum excommunicat per commissum peccatum. Sic de Iuda ait Ioan. 13. quòd primò diabolus suggererit in cor ipsius vt traderet Christum: & mox dicit, quòd post acceptam buccellam diabolus intrauit in illum: & sic bis dicitur intrasse diabolus, sed post vltimum ingressum maiorem in eum accepisse potestatem. At inquis: Quid si quis iniuste excommunicetur? Respondeo, licet talis excommunicatio non liget coram Deo, sed etiam prosit excommunicato, si cum patientia fert illam, tamen timenda est & sustinenda, donec innocentia & veritas latius innotescat: sic enim inquit Gregor. hom. 26. iuste vel iniuste obligat pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne si qui subest, fortè ex alia causa iuste illam meruit excommunicationem. Metuenda est igitur propter honorem Dei, qui illam ordinauit, & Ecclesiæ suæ commisit. Non tamen de facili debet quis excommunicari, ne scilicet in contemptum veniat excommunicatio, sicut hodiè cernimus in Ecclesia. Etiam debet fieri à vero prælato Ecclesiæ & publicè, Matth. 18. & quia hæretici non sunt Ecclesia, neque veri prælati, ideo illorum excommunicatio non est efficax, &cæt.

CAPVT VI.

ARGV.

A R G V M E N T A.

1. *Quomodo Christus est caput Ecclesie, & quomodo Petrus.*
2. *Quare Christus voluit esse Papam, id est, prælatum unum supremum Ecclesie hic in terris.*
3. *Quæ sit potestas Pape.*

Criptura dicit Christū verum caput Ecclesie in quod credimus, fidimus, & salutē nostram locamus, Eph. 1. Dedit pater Christum caput Ecclesie, quæ est corpus ipsius, qui omnia in omnib. adimplet, sicut vitis dat palmitibus totā virtutem, sic Christus caput immittit nobis tanquam membris donā gratiarū. Col. 1. Ipse est caput corporis Ecclesie, scilicet Christus. Igitur caput in quo credimus, est solus Christus: hic est occasio & fundamentum fidei & salutis nostræ. 1. Cor. 3. fundamentū aliud &c. ipse est lapis angularis, Eph. 2. super quem debemus ædificari fide tanquā lapides viui in domos spirituales, 1. Pet. 2. Petrus autem dicitur petra Ecclesie, *der felse der Kirchen* / super quam petram fundata est Ecclesia; ratione superioritatis, regiminis ac prælaturæ, quod ipse ex mandato Christi constitutus est in prælatum & rectorem Ecclesie, quem omnes Christiani debent agnoscere, audire, & illi obedire. Nam Christus dicit, Super hanc Petram, id est, officium, dignitatem, ratione regiminis, ædificabo Ecclesiam meā: non dixit, sic ædificabo Ecclesiam, vt tu sis fundamentum fidei & salutis, absit, ego sic sum caput Ecclesie, & manebo vsque ad consummationem seculi. Sed te faciam supremum pastorem, vt pascas oues meas verbo meo, & regas hac potestate, quam tibi confero propter

B B

propter

propter tuam constantiam & gloriosam confessionem fidei, Matth. 16. & licet sathanas te quæret tribulandi & eradicari, non tamen deficiet fides tua, nec portæ inferorum aduersus te preualebunt, &c. Vnde tota Ecclesia Catholica agnoscit hanc superioritatem in Petro & eius successoribus.

2. Secundo Christus ideò ordinauit Papam prælatum Ecclesiæ hîc in terris, quia sciebat diabolum non dormiturum, sed quòd esset excitaturus varias hæreses, perturbationes, rebelliones, &c. ideò vt esset qui lites ac cõtrouersias in rebus fidei & doctrine pōneret, vtque esset caput ministeriale, in quem omnes respicerent tempore hæresum & tribulationum, fecit Petrum prælatum Ecclesiæ suæ. Sic tamen et Papa prælatus, vt Concilium, quod representat Ecclesiã, agnoscat, non supra illud se constituat, sed audiat, & quæ concilium concluderit, ea per suam auctoritatem publicet & confirmet. Tali modo vult Ioan. Gerson Concilium esse supra Papam. Sic Deus olim prouidit Synagoge, vt in rebus ambiguis negocium deferretur ad sacerdotes Leuitici generis, cuius iudicio penitus standum esset, Deutero. 17. Nec scriptura iudex esse potest, vt volunt Aduersarij, et quòd quisque trahit & interpretatur scripturam ad suum intellectum, quem sibi fingit, sicut patet in Sacramentarijs cum verbis his, Hoc est corpus meum; ybi hic intelligit signum, ille figuram, hic simplicem panem, &cæt. Sic Anabaptistæ cum verbis Qui crediderit, Et baptizatus fuerit &cæt. Matth. ultimo. Oportet igitur vt sit certum iudicium seu magisteriũ Ecclesiæ ad scripturam rectè & vniformiter explicandã: Quare Põtificem & episcopos debemus audire. Qui vos audit, me audit, inquit Christus. Scilicet SS. Patres, Hieronymus, Augustin. &c. consuluerunt sedẽ Petri. Contemptus autem Pontificis & Episcoporum, est causa omnium hærescon, vt inquit Cyprianus

Cyprianus. Nam hæc est astutia Sathanæ, vt primum caput contemptui reddat subditis, quo deinde possit liberius in oues ferocire: grauissimè ergo peccant, qui ex contempto pontificis recusant obedire Ecclesie, & vili pendunt statuta & bonas ordinationes: nã Deus non frustra contulit illi superioritatẽ, & est ordinatio diuina. Qui igitur tali ordinationi resistit, Deo resistit, Romanor. 13. & communiter accipiunt condignam pœnam tam in hoc quàm in futuro seculo. Qui enim pacem Ecclesie amant, qui cupiunt disciplinam & timorem Domini in populo, illi se non separant ab obedientia prælati Ecclesie, sicut apostate faciunt & hæretici.

Tertio, potestas Papæ est, de qua sentit Ecclesia, q̄ Petro singulariter dicatur Matth. 16. Tibi dabo clauis regni cœlorum: non inquit, Dabo Ecclesie, vt illa tibi eas committat, sed tibi dabo &c. vnde Petri authoritas magis se extendit, quàm reliquorũ Apostolorum, Sacerdotũ, Episcoporũ &c. Nam licet alioqui omnes pares sint in absoluendo à culpa & pœna æterna, & hoc virtute passionis Christi, tamen quoad temporariam pœnam, quam etiam demissa culpa Deus exigit, se solius Papæ authoritas extendit, remittendo culpam & pœnã. Sed quòd dimissa culpa Deus adhuc exigit pœnam temporariam, patet in Adam Gene. 3. vbi ei dicitur, In sudore vultus tui comedes panem tuum: & vxori, In dolore paries filios tuos, & 2. Regũ 12. in Dauide, vbi etsi Dominus transtulit peccatum, id est, culpam, tamen flagellum, id est pœnam temporariam, non recessit à domo eius. In nouo testamento exiguntur etiam post absolutionem digni fructus pœnitentię, Matt. 3. & Apostolus ait: Si nos ipsos iudicaremus, non vti que iudicæmur, 1. Cor. 11. & Rom. 6. Sicut exhibuistis, membra vestra &c. præcipiuntur enim post absolutionem digni fructus pœnitentię ad delendam & mitigandam illam pœ-

nam temporariam, & sic docetur satisfactio largi dicta per opera bona, ieiunium, orationem, eleemosynam, &c. In eum finem Ecclesia statuit canones penitentiales, ut satisfaceret pro pœna peccati, non pro culpa aut pœna æterna peccati. Sic presbyter fornicando cogebatur pœnitere ad 10. annos, cuius forma & modus habetur 28. dist. ca. presbyter. Sic homicida 7. annos, casualis homicida 5. dist. 50. c. minor: matricida 10. annos, dist. 30. q. 3. interfector presbyteri 12. annos, Ext. de pœn. & remiss. c. 2. peritum 40. dies in pane & aqua ieiunet, & 7. sequentes annos pœniteat, 8. q. 1. quicumque: item qui vtuntur falsa mensura, 30. dies in pane & aqua: qui blasphemauerit Deum vel Sanctorum aliquem, 7. dies Dominicos præ foribus Ecclesiæ stabit sine calceamentis, & funem in collo habeat, ext. de malef. c. Statimus: qui communionem scienter ab hæretico accepit, 10. annos pœniteat, 24. q. 1. Si quis dederit: & qui scienter rebaptizatus fuerit, 7. annos &c. Ecclesiæ talem rigorem habuit primitiua Ecclesia ad delendam pœnam temporariam, non culpam peccati aut pœnam æternam coram Deo, sed quando timor Domini defecit, & homines ex doctrina hæreticorum cœperunt contemnere pœnas peccatorum, voluit Papa consulere hominibus, & ne incommodaretur saluti suæ propter pœnam exoluendam, concessit sua potestate indulgentias ab his pœnis temporariis &c. quæ Ecclesia inflixit, non à pœnis nature, non à cruce, quam Deus hominibus imposuit, sed quæ canones patrum dictarunt &c.

CAPVT VII.

ARGVMENTA.

1. *Quid sit & significet lauacrum regenerationis.*

2. *Quid*

2. *Quid fideles in hoc uoueat Deo.*
 3. *Quam diu duret hac regeneratio.*



Ecundum Apostolum ad Tit. 3. Lau-
 crū regenerationis est, quo anima laua-
 tur in sanguine Iesu Christi à peccatis
 omnib. tam originali quam actuali: itē
 est innouatio qua Spiritus S. innouat
 hominem, nouamq; in Christo creaturā facit, & ite-
 rum generat, iuxta illud: Nisi quis renatus fuerit ex
 aqua &c. Nascitur enim primò vetus homo, sed per
 aquam regenerationis innouatur in creaturam Dei,
 & fit nouus homo, qualis à natura non est, & alium
 accipit sensum. Tria autem fiunt per baptismum:
 omnia peccata remittuntur, deinde Spiritus sanctus
 cum fructibus suis infunditur, Actor. 2 Tertio da-
 tur illi vita æterna, Mar. vlt. Qui crediderit &c. hac
 autem omnia fiunt meritis & gratia Christi in fide
 uerbi. Sanguis igitur Christi lauat ab omnibus pecca-
 tis credentem in baptismo. Spiritus sanctus ideò da-
 tur, vt reprimat malas concupiscentias remanentes
 in baptizatis, quas Deus vult ignoscere nobis pro-
 pter fidem in Christum, si nō obedierimus concupi-
 scentiæ, Roman. 6. Non regnet peccatum in corpore
 vestro &c. Sed assidue cōtra illam pugauerimus: fi-
 des igitur in Christū, & pugna contra concupiscen-
 tiam per adiutorium Spiritus sancti, faciunt ne impu-
 tetur nobis hæc concupiscentia, modò non contriste-
 mus Spiritum sanctum, id est, fugiamus &c. Significat
 autem mersio illa in aquam, suffocationem pecca-
 torum: eleuatio, nouam vitam, sicut Apost. dicit Ro-
 man. 6. Quicumque igitur baptizati estis in Christo,
 ad mortem scilicet peccatorum estis baptizati, vt si-
 cut Christus semel mortuus est, & nunc semper uiuit:
 ita & vos qui semel estis mortui peccato in baptismo,
 nunc in nouitate vitæ ambulare debetis.

2. Secundò, fideles in baptismo tria vouent & promittunt ad interrogationem sacerdotis: primum abrenu-
 nciant Diabolo, quòd eum nolint habere pro Domino, sed Christum: deinde iurant se renu-
 nciare omnibus operibus diaboli, id est, peccatis luxuriae, auaritia &c. quae enumerantur ab Apostolo Galat. 5. Tertio iurant se renu-
 nciare omnibus eius pompis & mendacijs, id est, incantationibus, haeresibus, impijs dogmatibus: & promittit se credere in vnum verum Deum patrem, factorem caeli & terrae, & in Iesum Christum filium eius, pro nobis mortuum, & iterum resuscitatum, atque in Deum Spiritum sanctum, qui congregat Ecclesiam & communionem Sanctorum in qua ipse verissime distribuit remissionem peccatorum poenitentibus & credentibus, & docet futuram mortuorum resurrectionem & vitam aeternam, haec omnia vouent fideles se facturos: ad tale vnum respondet Sacerdos, Ego te baptizo in nomine patris, & Filij, & Spiritus sancti, id est, hoc signo in Sacramento Baptismi tecum paciscor, quòd tibi remissa sunt peccata tua, te esse reconciliatum Deo, in nouatam creaturam, & haeredem vitae aeternae &c. Et quoniam promissio gratiae ad omnes pertinet, nec alicui negatur qui eam cupit & credit, Matthaei 11. Venite ad me omnes &c. & Ecclesia habet mandatum baptizandi omnes gentes, & pueri seu infantes non excluduntur à promissione Euangelij: nam & Christus inquit Matthaei 18. quia talium est regnum caelorum, idè Ecclesia baptizat paruulos. Primò, quia Christus dixit ipsorum esse regnum caelorum: & circumcisio infantium olim placuit Deo ob pactum, Genes. 17. Ergo & infantium baptismus Deo placet: quia eius praecipuum plus hic penitetur, quàm dispositio puerorum: qui ergo negant pueris Baptismum, peiores sunt Herode, qui occidit innocentes paruulos gladio: habet enim infans opus
 ablutio.

ablutionem
 enim in
 Quis enim
 vna dies
 quinto: I
 &c. & Pl
 sum, & i
 nis ergo
 le bapti
 cia ignis
 stus ex v
 homine
 ni fructu
 stus pro
 rem bap
 hos dies
 mittit, a
 de subst
 sunt ne
 Christo
 lam tol
 sciat ni
 bere in
 minatu
 mundi,
 tur Bar
 ant Fic
 illa ei i
 posita
 dat.
 Ter
 ci mod
 bemus
 ficare
 tifica
 cation

ablutione peccatorum, & maximè Originalis. sic enim in Iob legimus secundum Septuaginta ca. 14. Quis enim mūdus est à sordē? scilicet nemo, etiam si una dies vita eius esset super terram, & Paulus Rom. quinto: In quo, scilicet Adamo peccauerunt omnes &c. & Psal. 50. Ecce enim in iniquitatib. conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea &c. Omnis ergo qui sic vouit, & pactum fecit cum Deo, ille baptizatur igne & Spiritu, Matthæi tertio. Gratia ignis est, quæ comburit peccata, & Spiritus sanctus ex veteri homine facit nouum & sanctificatum hominem, & veluti agrum iam paratum nouo semini fructuum suorum, Galat. 5. Hunc Baptismū Christus promisit discipulis suis, Actor. primo: Vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies, & sic roboratur pactum: baptizandus promittit, ac Deus lauat. Solennia Baptismi, etsi nō sint de substantia Baptismi, ea tamen ex charitate non sunt negligenda: primò ungitur chrismate, ut sciat Christo se unctum: & signatur cruce, ut studeat illam tollere, & Christum sequi, datur alba vestis, ut sciat nigredinem peccatorum ablutam, & nunc habere innocentiam: datur lumen, quia per fidem illuminatus est, & quòd velit Christum sequi lucē huius mundi, Ioan. octauo: habentur compatres, ut testentur Baptismum baptizati: deindè, ut puerum doceant Fidei articulos, & Ecclesiastica Sacramenta, & illa ei in memoriam reducant, quæ in Baptismo proposita sunt, ut iam propria fide hæc omnia apprehendat.

Tertiò, Baptismus per totam vitam durat duplici modo: Primò, quia perpetuò vsque ad mortem debemus pugnare contra vitia, & extirpare ac mortificare desideria carnis, Colossensium. tertio: Mortificate membra vestra quæ sunt super terram fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiã

malam, & avaritiam, quæ est simulachrorum fertilitas, propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis &c. Rom. 6. Sicut exhibuistis membra vestra fertilitate immunditiae &c. Toties enim satisfacimus Baptismo, quoties resistimus peccatis: non enim satis est, baptizatum esse aqua, nisi & vita noua accedat & mortificatio vitiorum sequatur: & quia baptismus non solum nos mundat, sed etiam commonefacit nos, ut conseruemus acceptam innocentiam, ne veluti canis ad vomitum, & ius lora ad volutabrum foeditatis redeamus: ideo in primitiua Ecclesia seruabatur vestis alba Baptismi, & dabatur filiis iam adultis, ut cogitarent satisfacere promissioni in Baptismo factæ, Christus dedit decem præcepta Decalogi, Matthæi decimo nono, & præcepit bona opera, quibus contra reciduum præseruatur baptizatus, sic & imponitur in ore, ne denuò putrescat peccato post Baptismum: insufflatur & exorcizatur ideo malignus Spiritus, ne amplius regnet in noua creatura, & locum det Spiritui sancto: signatur cruce in fronte & pectore, ne amplius hic Sathan locum habeat: fiunt orationes & alia, ut Deus illa efficiat ac confirmet. Altero modo durat Baptismus vsque ad mortem, quoad pactum semel cum Deo in Baptismo factum: nam Deus promittit tibi remissionem peccatorum & vitam æternam, & appendit promissioni sigillum, nempe Baptismatis Sacramentum, quod Sacramentum de illius voluntate te certificat, scilicet quod velit remittere peccatum: ideo quantum post Baptismum iterum in peccatum recideris, Baptismus autem quia est verbum & ordinatio diuina, firmiter stat, neque pactum Dei irritum fit, quoties redieris per poenitentiam, & recordatus fueris Baptismi, quo Christo iustus es, toties accipis remissionem: non enim semel peccata remittuntur, sed aliud modo redeamus ad Baptismi pactum & votum

2. Petr. 2.

per pœnitentiam : ideò post lapsum Baptismus aquæ non iteratur, sed fides pacti atque promissi recogitatur, scilicet cùm contritione admissi delicti, Matt. 18. Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsq; septies? Dicit illi Iesus : Non dico tibi, vsq; septies: sed, vsque septuagies septies. Baptismus igitur semel acceptus, est perpetuùm testimoniũ quo Deus vult remittere peccata redeuntibus & pœnitentibus: ideò dicit peccator, Ego peccaui & cecidi, votum meũ fregi: sed quoniã baptizatus sum, & habeo sigillum remissionis, & Deus nõdũm promissionem suam irritam fecit, sed hanc mihi seruare vult vsque ad mortem, quia venit propter peccatores, nec mortem illorum vult, sed potiũs vt conuertãtur & viuãt, & Propheta dicit Ezechiel. 18. Quotiescunq; peccator ingemuerit, & egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua quam operatus est, viuet. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, & nõ vt conuertatur à vijs suis, & viuat? & quoniam adhuc stat Dei pactum & sigillum, quicquid etiam sit de meo casu, ideò credam & sperabo me consecuturum iterũ remissionẽ peccatorum, & restitui in gratiam Dei &c. atq; hoc modo durat in nobis Baptismus vsque ad horam mortis nostræ. Est igitur baptismus maxima consolatio conscientie, tam ratione nouæ natiuitatis seu regenerationis, quàm etiam pacti perpetui: nam spiritus sanctus dat nouam mentem atq; sensum baptizato, quã ante à natura non habuit. ideò dicitur regeneratus, deindẽ etiam si post baptismum lapsus fuerit, tamen cùm redierit per pœnitentiam ad pactum pristinum, recipitur in gratiam &c.

1. *Quid sit & significet Confirmatio Sacramentalis.*
2. *In quem usum aut finem sit instituta.*
3. *Quibus modis debeat hoc Sacramentum administrari.*



1.

Confirmatio est examinatio fidei Christi, atque adeò huius Confirmatio seu corroboratio in Baptizatis fidelibus, sequitur Baptismum: vel, Confirmatio est propria fidei confessio coram Episcopo aut ministro Ecclesiæ: dum enim homo baptizatur, pro illo alius promittit fidem Christianam, nempe pater: at postea nos hoc ipsum Confirmare ac profiteri palàm debemus, iuxta dictum Apostoli Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit Confessio ad salutem. Et maximè probanda est hæc Confirmatio, si ad hoc usurpetur, ut Christiana iuuentus examinetur, ut fidem propriam profiteri possint: vnde & in Catechismo iuuentus institui solet in scholis, idque à teneris annis, ut discant & percipiant articulos fidei, decem præcepta, & alia ad salutarem cognitionem necessaria: Nam & in primitiua Ecclesia post rei literariæ rudimenta pueri catechizabantur, id est, docebantur ac instituebantur: & cum sic profiterentur fidem suam, Episcopus eos confirmabat tanquam veram habentes fidem Christi: item Confirmabantur homines quotidie aut quolibet die Dominica per sermones verbi Dei & doctrinam Christi.

2.

Secundò, sic examinati & edocti confirmabantur non solùm verbo, sed etiam impositione manuum Episcopi.

Episcoporum, & in tali impositione manuum inuocatur & datur Spiritus sanctus in robur & virtutem credenti contra tentationes & insultus diaboli, peccatorum, & ne post baptismum victus eiusmodi tentationibus peccatorum vel desperationis, relabatur in condemnationem vel peccata mortalia, quæ in Baptismo omnia fuerant dimissa. Ideò vt virtute Spiritus sancti diligentius caueret peccata, & tentationibus fortius resisteret, fiebat talis impositio manuum, vt daretur Spiritus sanctus ad corroborandum hominem: Item, quia olim Christiani multis subiciebantur periculis, afflictionibus, martyrijs ad fortiter ferendam crucem & mortis tormenta pro nomine & fide Christi, vt sine timore Christum confiterentur, signabantur oleo & balsamo per formam crucis in frontibus eorum. Quoniam itaque omnes nos indigemus virtute altissimi & auxilio Spiritus sancti, ac scilicet relabamur in pristina lætalia vitia & damnationem, sed vt constanter profiteamur nomen Christi contra Turcas, Iudæos & Barbaros, amplectenda hæc est Confirmatio & veneranda: percussio autem maxillæ significat, vt deindè cogitet se animosè pro nomine Iesu contumelias, opprobria & verbera pati velle, sicut Christus pro nobis verberatus est in maxilla, & Apostoli fecerunt Actorum quinto, & iubemur porrigere sinistram maxillam ei qui nobis dexteram tetigerit, Matth. quinto. Quòd autem Spiritus sanctus dabatur in robur & virtutem per impositionem manuum in Confirmatione, probatur ex Actis Apost. cap. octauo, cum Petrus & Ioannes missi à cæteris Apostolis ex Hierosolyma in Samariã ad eos qui iam erant baptizati, & imponebant illis manus, & accipiebant Spiritum sanctum, Actorum 19. His auditis, baptizati sunt in nomine Iesu, & cum imposuissent illis manus, accipiebant Spiritum sanctum. Tales Authoritates intelligunt omnes veteres Doctores

Doctores

Doctores de Confirmatione Sacramentali, & docent quòd Spiritus sanctus qui datus est in Baptismo ad mundationem animę existentis in originali peccato, in Cõfirmatione inuocatur, & datur ad corroborandum & confirmandum nos, vt maneamus constantes & fortes in duello aduersus peccata pristina & diabolũ: Et quanuis non sit tã necessarium, sicut Baptismatis Sacramentum est, vel Eucharistię vel penitentię, cõ quòd hæc tria habent præcipuam promissionem Euangelij, id est, remissionis peccatorum, sunt que à Christo instituta & præcepta in Euangelio tamen quia non solùm indigemus remissione peccatorum, sed opus habemus corroboratione & auxilio Spiritus sancti ad currendam viam mandatorum Dei, ad cauenda lætalia vitia, & ferendam crucem, ad vitandam desperationem in fide Christiana, ad superandam Diaboli tentationem & alia huiusmodi, omninò necessarium est Confirmationis Sacramentum ijs qui perseuerare volunt vsque ad finem: & ex his causis Ecclesia veneratur hoc Sacramentum propter constantiam fidei, & maximè in tribulatione & angustijs. Dederunt olim Patres hoc Sacramentum tam paruulis, quàm adultis: Adultis, propter propriam & spontaneam suę fidei confessionem: Paruulis vero, tanquàm nouis Christi tyrunculis, vt ad pugnam hæc quasi armatura Spiritus sancti cõtra Sathanę potestatem munirentur & animarentur. Hoc autem Sacramentum incumbit administrare Episcopo, vt qui habet specialem curam & regimen Ecclesię, & cuius est intendere sibi ipsi & toti gregi Dominico, Acton. cap. 20.

3. Tertio, Episcopus hoc confirmationis Sacramentum administraturus, debet primò populum instruere in verbo Dei, & informare, quid sit hoc Sacramentum, & quare in Ecclesia fiat: deindè adstantes ad orationem sobriã exhortari, vtque ieiuni, nisi necessitas impe-

impedie
Concilio
nates, co
ncipare
tarum n
Sacram
erit: qu
crum nu
informa
tionis, f
didè ad
poru va
cramen
temptu
erunt o

1. Q
2. Q
da

3. Q

ab his a
res inu
desider
cendi,
pulo a
opus d
tur Ap
primo

impedierit, hoc Sacramentum accipiant. Sic enim in Concilio Aurelianensi statutum est, vt non nisi ieiunantes, confessi, ac adultæ ætatis homines, de illo participarent: sed vereor ne prælatorum neglectus, qui tantum nescio quam externam pompam curant, huic Sacramento magnum in mundo contemptum pepererit: quæritur enim tantum ornatus aliquis, & lucrum nummorum: nihil aut perparum monent vel informant populum de virtute & efficacia Confirmationis, sed similes videntur illis quæ mensam splendide adornant scutellis & cyathis, sed omni cibo & poru vacuis: nec illos vrget, quod hæretici hoc Sacramentum planè contemnunt, quin & ipsi hac contemptui reddant. Corriganur igitur abusus, & saluantur omnia, &c.

CAPVT IX.

ARGVMENTA.

1. *Quid sit ordo Ecclesiasticus.*
2. *Quid conferatur ijs, qui suscipiunt sacros ordines.*
3. *Quis debeat ordinare ministros Ecclesie.*



Rdo est vocatio ad ministerium docendi Euangelium, & administrandi Sacramenta, sicut ait Apostolus 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei: ab his autem maximè exigitur, vt fideles dispensatores inueniantur. & 1. Timoth. 5. Si quis episcopatum desiderat, id est, huiusmodi officium regiminis, docendi, administrandi Sacramenta & verbum Dei populo ad gloriam Dei & salutem proximi, hic bonum opus desiderat: nihil hic de externa prælatura loquitur Apostolus, sed potius de ipso officio. Actorum primo. Eritis mihi testes &cæt. Porrò hoc Sacramentum

2. Tim. 4.

mentum Ordinis habet mādatum Dei, Matt. vltimū.
Euntes docete & baptizate omnes gentes &c. ha-
bet quoque promissiones Dei Ioan. 15. Ego vos elegi
vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat
icem Apost. ad Tim. Bonum certamē certavi, cursum
consummaui, fidē seruauī, ideō reposita est mihi co-
rona iustitiæ. & Iac. 5. Qui conuerti fecerit peccata
ab errore suo &c. propter hoc officium Ordo Ecclē-
siasticus rectē dicitur Sacramentum, & magnum ha-
bet præmiū accidentale, eō quōd quis si uctum mi-
cesimum, alius centesimum fecerit &c. Marc. quar-
to, & hīc talentum suum non absconderit, sed adha-
c alia quinque Incratus est, Matth. 25. & quōd differt
stella à stella in claritate, 1. Corinthiorum 15. Si ergo
nos tantum simus fideles cooperatores & serui Do-
minici agri, ipse copiosam dabit mercedem.

2. Secundo, in ordinatione per impositionem ma-
num presbyterij datur ac confertur specialis potest-
as ad defungendum ministerium uerbi Dei, admi-
nistrandiq; Sacramenta populo: Quæ potestas alia
est ab illa, quæ in Baptismo accepta est: Nam iam ba-
ptizatis Apostolis, cōfertur ipsis in super hæc specia-
lis potestas, Luc. 22. conficiēdi Sacramentū corporis
& sanguinis Christi, eundi & prædicandi Euange-
lium, Marc. 16. Baptizandi, Matth. 28. Absoluēdi,
Ioan. 20. Orandi & vngendi infirmos, &c. Iacob. 5.
Sic Paulus Timotheo iam baptizato imponit manus
& dat specialem potestatem obeundi munus sacer-
dotij, quōd utique non fecisset, si iam in Baptismo
accepisset illam potestatem: Non ergo baptismus et
cō quo omnes vocat & habilitat in ministros Ecclesiæ,
sed gratia diuina quæ nobis cōfertur in legitima ordi-
natione. Hoc enim manifestē docet Apostolus,
nempe singularem dari potestatem Ordinato, cum
inquit, 1. Tim. 4. Noli negligere donum, id est, potestatem

statem illam specialem, quæ data est tibi per prophe-
 tiam, id est, orationem & consecrationem, cum im-
 positione manuum mearum, autoritate presbyte-
 rij: ecce, inquit, autoritate sacerdotij, nõ inquit, po-
 puli vel manuum communionis laicæ, sed autori-
 tate sacerdotij. Vndè illa ordinatio, quæ fit ab Epi-
 scopo vt principali ministro, vel à cæterorum sacer-
 dotum manu impositione, illa vera & legitima est.
 Singulare ergò donum atq; potestas, quia datur in
 ordinatione ab Episcopo autoritate sacerdotij, igitur
 qui illam nõ habent, nihil efficiunt, nec Deus ap-
 probat ipsorum ministeriũ. Sic 2. ad Tim. 1. Commo-
 nefacio te, vt suscites donũ quod in te est per imposi-
 tionẽ manuum mearũ: ecce donũ quod in te est, aper-
 tẽ loquitur de illo dono Spiritus sancti cum potestate
 speciali in ordinatione &c. In baptismo quidẽ omnis
 Christianus consecratur, vt seipsum regat tanquã
 rex, & erigat sensus, & vitã instituat secũdũ Deum
 & iustitiam: non autem quilibet vngitur & consecra-
 tur in baptismo, tanquã rector ac curator populi:
 consecratur quidẽ Christianus in baptismo sacerdos
 sibi ipsi vt sanctẽ viuat, orando, ieiunando, & offeren-
 do corpus suũ in hostiã viuẽtem & sanctã &c. Rom.
 12. non autẽ consecratur in ministrũ & sacerdotẽ po-
 puli Christi, vt alijs præsit, doceat, instituat: hic enim
 specialis vocatio exigitur. Quod autẽ dicitur, 1. Pet. 2.
 Vos estis genus electum, regale sacerdotiũ, gens san-
 cta &c de speciali sacerdotio, & nõ de communi Ec-
 clesia intelligitur: nam hæc verba omnibus Iudæis
 fuerunt dicta, vt patet in Exod. 19. tamen manifestum
 est quod solus Aaron cum filijs suis, erant sacerdo-
 tes & ministri templi Dei, Exod. 29. Insuper Aaroni
 fuit dictum, quod perpetua religione esset sacerdos,
 Exod. 29. & Christus noster caput & summus sacer-
 dos in æternum secũdũ ordinem Melchisedech.
 Psalmo 109. Donum autem hoc, siue potestas
 collata

collata in legitima ordinatiōe, manet donec mori-
tur minister : nec probari aut excusari potest ex scri-
ptura, semel cōsecratum sacerdotem denuò fieri lai-
cum, etiamsi non habet executionem officij : & ca-
nones deponunt quidem atque suspendunt ab offi-
cio criminosos sacerdotes, sed manet tamen chara-
cter, id est, donum semel acceptum indelebile, ut te-
nent SS. Patres.

3. Tertiò, quoniam Christus ipse instituit Apostolos
seu vocatos suos sacerdotes, & dedit officium Mat. &
Mar. vlt. non hanc voluit auctoritatem esse populi,
Christus summus sacerdos instituit Apostolos, id est,
legatos, Apostoli instituerunt Episcopos in Creta,
Epheso, &c. & illis mādârunt, ut & ipsi eadem aucto-
ritate constituerent oppidatim presbyteros &c. nun-
quàm verò legitur, hîc plebis cōsensum aut electio-
nem fuisse requisitam : sic Paulus & Barnabas ordi-
nabant Sacerdotes citra populi consensum, Acto. 14.
Vndè manifestè conuincitur, electionem & ordina-
tionē clericalem non ad plebem, sed ad Episcopos &
presbyteros successores Apostolorum spectare & spe-
ctâsse semper. Populus quidem olim consensum da-
bat ad approbandam electionem, sed auctoritatē re-
ijciendi nullam habuit. Quare quicumq; à laicis su-
perintendētibus sunt ordinati, spurij sunt & illegiti-
mi corâ Deo. Est enim plerūq; proprium hæretico-
rum, sibi eligere & ordinare Magistros, de sua senten-
tia, qui seruiant auribus ipsorum, & placencia dicant.
Sed quia hoc futurum ante nouissimum diem Scri-
ptura testatur, debemus eiusmodi cauere Matth. 24.
Venient Pseudoprophetæ, &c. 2. Tim. 4. Veniet tem-
pus &c. & Ieremias 14. Currebāt, & non misi eos, &c.
sic vindicabant sibi sacerdotium Chore, Dathan &
Abiron, sed puniti sunt grauissimè, Num. 16. Sic im-
pius Ieroboã elegit sibi sacerdotes de nouissimis vi-
rorum, & contempsit veros & legitimos sacerdotes

ex Aaron
volebat a
titur, a. P
Et sicut
ci sibi con
regem, si
ita & elec
non est e
deat ut n
se est, do
fret Sacr

1. Qu
min
2. Qu
tum
3. Vir
son
cat

disertis v
ne omni
& dixit: I
inquit :
gnam, si
inquit ef
stolus 1.
et

ex Aaronis successione ordinatos, 3. Reg. 14. & rex qui volebat adolere incensum in domo Dei, lepra percussus, 2. Paral. 28. filij Sceuæ lacerantur Act. 19. &c. Et sicut sine potestate & efficacia est, quando hæretici sibi constituunt sacerdotes, eligunt ac præficiunt regem, sicut fecerunt Anabaptistæ Monasterienses, ira & electio sacerdotij extra formam Ecclesiæ Dei, non est efficax. Qui igitur vult sacerdotem agere, videat ut non solum sacrificet, sed etiam quantum in se est, doceat, instituat, exemplo suo pascat, administret Sacramenta, & errantes conuertat, &c.

CAPVT X.

ARGVMENTA.

1. *Quid dicatur esse Sacramentum Cœnæ Domini.*
2. *Quamobrem potissimum à Christo sit institutum.*
3. *Vtrum fides huius Sacramenti, id est, passionis Christi, an esus ac potus remittat peccata.*

HOC Sacramentum est verus sanguis & caro Christi, sicuti iam post ascensionem suam in cœlis ad dexteram Dei patris sedens habet, sub specie panis & vini. Hoc patet & firmissimè creditur ex disertis verbis Christi, quando in vltima sua cœna sine omni parabola sic locutus est, tenens manu panem, & dixit: Hoc est corpus meum, & ostendens calicem, inquit: Hic est sanguis meus: non dixit, Hoc est sanguis, figura, aut significat corpus meum &c. Sed inquit essentialiter quòd est corpus suum. Sic Apostolus 1. Corinthiorum vñdecimo vocat corpus Domini

CC mini

mini contra Sacramentarios. Est igitur in hoc Sacramento anima Christi & corpus & sanguis viuens, atque Deitas, quæ nunquam separatur à corpore & anima Christi atque sanguine: ideoque adoramus hoc Sacramentum propter coniunctam ibi & præsentem Deitatem, quod alioqui non fieret. sicut enim Christi corpus fuit adoratum à tribus Magis, Matth. 2. & à cæco nato, Ioan. 9. & ut cæteris scripturæ locis præbatur, sic etiam iam sub specie panis & vini non manentibus, sed transsubstantiatis totaliter in corpus & sanguinem Christi per virtutem verbi consecratiui, sicut vinum ex aqua fuit factum, Ioan. 2. adoratum quia Christus non dixit, Hic panis est corpus meum: sed simpliciter & nudè, Hoc est corpus meum: etsi Paulus vocat panem, 1. Corint. 11. non tamen vocat panem naturalem manentem, sed quia de panis iam factum est corpus Christi. Sic scriptura vocat hominem cinerem & terram, non quòd sit, sed quia de terra in hominem conuersus est, & sicut Paulus iubet bibere calicem, sed nunquid bibitur calix? Immo sanguis Christi bibitur, &c.

2. Secundò, Christus instituit hoc Sacramentum in memoriam passionis suæ pro nobis factæ, Luc. 22. cum inquit, Hoc facite in meam commemorationem, & 1. Corint. 11. Institutum est autem, ne tanti beneficii obliuisceremur, scilicet quòd ipse pro nobis peccatis mortuus est, pro illis satisfaciendo, Rom. 14. & patri nos reconciliaret, ut propter illius meritum & effusum sanguinem saluaremur æternaliter. Ioan. tertio, utque propter nomen eius omnia nobis vitæ necessaria donarètur in corpore & anima, Ioan. 16. Si quid petieritis patrem meum in nomine meo, &cæt. Hæc beneficia nobis collata ex Christi memoria esse corpus & sanguinem suum: ut sensus nostri perciperent, oculi viderent redemptorem, aut

audirent prædicationem de morte eius, sicut præcep-
tum est, mortem Domini annūciabitis, id est, bene-
ficium mortis Christi omni populo prouulgabitis,
vsquedū veniet, id est, ad nouissimum vsque diem
mundi, quo veniet ad iudicandum viuos & mortuos.
Habet quoque Ecclesia in vsu imagunculas crucis
ac passionis & alia cæremonialia, vt nos commone-
faciant maximi illius amoris Christi & beneficij in
nos collati. Porrò non solū instituit hoc Sacramen-
tum CHRISTVS propter reficēdam perperuam
memoriam ac recordationem, sed etiam vt mandu-
cāremus & biberemus: nam dicit Matth. 26. Acci-
pite & comedite, hoc est corpus meum, & bibite ex
illo omnes: idque ideò addidit & dixit, vt testaretur
id totum ad nos pertinere, & esse nostrum benefi-
cium ipsius: quasi dixerit, Ego non indigui redem-
ptione, quia peccator non sum, nec indigeo salutem
mereri, quia Deus, & data est mihi omnis potestas
in cælo & cæt. Sed propter vestram salutem & re-
demptionem, dedi corpus meum in mortem, & san-
guinem in remissionem peccatorum vestrorum, qui
in me credetis: & quia totum vestrum est quod ego
feci, ideò comedite & bibite, & eritis mihi coniun-
cti tanquā membra, & eritis mecum vnum corpus
& vna caro, qua coniunctione nulla propior potest
excogitari: sicut cibus naturalis in nostram substan-
tiam manducando vertitur, sic beneficium mortis
CHRISTI, quod communicamus per manduca-
tionem, in nobis efficit vnionem Christi, vt ipse in
nobis, & nos in illo viuamus, Ioan. sexto. Qui man-
ducet me, viuit propter me &c. Et quanuis etiam Fi-
des nos Christo iungat spiritualiter, sicut omnes pa-
tres veteris testamenti, secundū illud, Qui adhæ-
ret Deo per fidem, vnus cum eo spiritus efficitur: at-
tamen hæc vnio per corporalem manducationem
maior est, & illam exigit etiā CHRISTVS, ideoq;
mandat

mandat manducare & bibere, quò nimirum non solum spiritualiter per fidem, sed etiam corporaliter uniamur Christo, & cum illo efficiamur vna caro, sicut Apostolus 1. Cor. 10. inquit: Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est, quoniam unam panis & unum corpus multi sumus. Ex tali autem communicatione seu participatione fit Christus noster totus, cum omnibus donis suis & beneficijs, & nos illi efficiamur proprii cum peccatis nostris quæ ille abstulit & euanescere facit.

3. Postremò notandum, quòd in communicatione duo sunt, Fides Sacramenti & Esus: At manducatio non meretur remissionem peccatorum, sed fides passionis Christi, nempe vt credam corpus eius promissum traditum, & sanguinem pro me effusum esse in remissionem peccatorum: hæc fides præcedat necessè communionem illam realem, quæ est vita animæ: nam edere & bibere præsupponit vitam, non autem cibus & potus dant nobis vitam, sed potius conferunt: atque sic per absolutionem verbi Dei ac fidem remittuntur nobis peccata ante communicationem Sacramenti: sed quando communicamus, uniamur Christo, iuxta illud Ioan. sexto. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Incorporamur ergo Christo per manducationem, & confortamur in fide. Nam sicut homo non est, natum esse ex utero matris & accepisse vitam, nisi quis etiam cibo & potu alimentorum conseruet vitam: sic non est satis, renatum esse in Baptismo, nisi in hac noua vita conseruetur & crescat cibo illo celesti corporis & sanguinis Christi &cæt. Quamprimùm enim homo baptizatus est, pugnandum est contra carnem, Sathanam, mundum & concupiscentias, in qua continua pugna pro nostra fragilitate profusus succumberemus, & victi iaceremus, nisi data nobis esset Eucharistia, qua fides nostra pascitur & confirmatur.

firmatur, accenditur charitas, roboratur spes, vt in certamine hoc assiduo fortiter resistere & nobis constare possimus: Atque ideò prodest sæpenumerò communicare, vt fides crescat in tentatione &cæt. consistit ergò remissio peccatorum in fide, attamen manducatio reliquias peccatorum in carne purgat & extinguit, sicut salutaris medicina prodest ad tollendos morbos, & ab illis præseruat. Est igitur Sacramentum hoc institutum, vt maneamus in Christo, & ipse in nobis, ne obliuiscamur beneficij sui: atque ob id frequenter populo prædicandum est, quòd Christus per mortem & sanguinem suum nobis meruerit remissionem peccatorum, & nisi hoc quotidie fecerimus atque cogitauerimus, nõ manebimus in Christo, cui insiti sumus semel in Baptismo: ideò & manducamus, vt illi incorporemur, &c.

CAPVT XI.

ARGVMENTA.

1. *Quare Apostolus monet, vt homo probet semetipsum ante communionem.*
2. *Quomodo debeat se probare communicaturus.*
3. *Qui sint fructus communionis, & quid sequi debeat communionem.*

Apostolus 1. Cor. 11. dicit, Probet primùm seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: nam qui indignè manducat, iudicium, id est, damnationē, sibi manducat & bibit, eò quòd non facit differentiam inter corpus Domini & alium cibum. Ne igitur homo seipsum damnet, iubetur ab Apostolo vt sese probet. Liqueat autē ex Apostolo, quàm
 CC 3 horribile

horribile iudicium & pœna expectet eos qui indignè sumunt hoc Sacramentum. Videtur itaq; quòd maxima pars publicorum malorum in Ecclesia Dei, inueniatur ex illo peccato, & quòd Deus visibiliter puniat mundum propter pessimum hunc abusum in communione sanctissimi huius Sacramenti, tam ex parte sacerdotum consecrantium indignè, quàm laicorum indignè sumèntium: vnde Apostolus addit ibidem, dicens: Sunt inter vos multi infirmi, id est, infirmitatibus puniti, & dormiunt multi, hoc est, subitò mortui sunt propter indignam communicationem. Ecce causam præsentium plagarum. Utinam penitentarent hæc sacerdotes quotidie sacrificantes, & videntur illi quoque qui tantum ob speciem religionis, & ob consuetudinem sæpè communicant, & utinam ponderarent illi, qui in mortalibus peccatis Auaritiæ, Luxuriæ, adulterij, Râcoris & iræ, Gulæ & ebriositatis &c. communicant, nec seruant fidem emendationis: Est enim res omninò periculosissima animæ & grauissima, indigna cõmunio: nam idèò subiungit Apostolus: Si nosmetipsos dijudicauerimus, &c.

Secundò, talis proba cõsistit primò in hoc, an cognoscas ac reputes te talem & talem peccatorè, multi enim se reputant iustos, quia eleemosynam publicè dant sicut Phariseus, & nò putant se tale aliquid commisisse sicut ille, & dicunt, Non sum sicut cæteri homines, Luc. 18. Sed verus probator & examinador cõscientiæ, debet se reputare peiorem alijs, & etiam pro suis peccatis damnatione dignum. Ille enim ex tunc cognoscet, quàm necessarium fuerit, Christum pro se mortuũ esse: & intelliget nimirum, quàm magnum beneficium sibi collatum, quòd filius Dei ipsemet pro peccatis nostris sit mortuus, vt saluemur. Quisquis autem sic sese probat & examinat peccatorem esse, & creditque se morte Christi redemptum, atque in gratiarum

qui indigni
 quod ma-
 fia Dei, in-
 sibiliter pu-
 abusum in-
 enti, tam et
 è, quàm lai-
 us addit ibi-
 i, id est, inhi-
 oc est, subit
 nicationem
 inam peni-
 ntes, & vi-
 a religionis
 at, & vrinan-
 catis Auar-
 Gulæ & ebr-
 fidem emen-
 osissima ani-
 m idè sub-
 udicaremur.

tiarum actionem accedit, & manducat & bibit car-
 nem & sanguinem qui pro illo effusus est, is rectè cõ-
 municat: agit enim gratias pro redemptione, & man-
 ducat & bibit, vt sibi Christus totaliter vniatur & in-
 corporetur, habeatq; ipsum tanquàm preciosissimũ
 thesaurum turbata conscientia. Ex quo sequitur, vt
 iuuenis & quicumque alius qui se potest cognoscere
 peccatorem & damnatione dignũ, sed credat se nunc
 esse redemptum, & differentiam habet inter corpus
 Christi & alium cibum, quòd ille ad communionem
 Sacramenti admittendus sit. Quare Bohemi com-
 municantes paruulos, qui se sic probare non pos-
 sunt, non rectè faciunt: nam textus verbalis in Ioan.
 sexto, Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c.
 intelligitur de fide passionis Christi, non reali man-
 ducatione principaliter. Debent autem Parentes iu-
 uentutem diligenter informare, vt credat se esse na-
 tos peccatores, & æternaliter fuisse damnandos, ni-
 si redempti fuissent morte & sanguine Christi: atque
 idè in perpetuam memoriam illius præstiti nobis
 beneficij, & in gratiarum actionem, eos accedere ad
 communionem, vt possint esse participes fructus pas-
 sionis & meritorum Christi. Deindè proba in hoc
 consistit, vt quis agat pœnitentiam, id est, se conuer-
 tat, & intendat malam relinquere vitam, & cessare
 à peccatis. Nam qui hoc non intendit & proponit
 in animo, ille iudicium sibi manducat. Vndè Eccle-
 sia olim arcebat à communione criminosos forni-
 catores, ebriosos &c. quia excommunicati & qui
 perseverant in manifestis vitijs, non debent accede-
 re. Corinth 5. Si quis nominatur fornicator, aua-
 rus, idolis seruiens, maledicus &c. Qui verò dolent
 de peccatis admissis, cupiunt absolutionem, & pro-
 ponunt certam emendationem, & sic participant de
 corpore & sanguine CHRISTI, illi rectam sequun-
 tur probã. Qui autem ex timore vel propter placen-
 tiam

tiam hominum communicant, nihil proficiunt, nec ullum meritum habent. Quare accedendum est, non ut propria freti dignitate vel præparatione, putemus nos cōsecuturos pmissa, sed ut credamus remitti nobis peccata gratis propter Christum. Orationes autem, ieiunia, eleemosynæ & alia pia opera, quæ sunt de reuerentia Sacramenti, fieri quoque debent, licet ipsa promissio gratiæ non fiat propter illam nostram præparationem: nam in Christum transfertur tota causa remissionis peccatorum & vitæ æternæ: quæ sumptio illa signum quoddam & pignus certissimum illius beneficij Christi, quod per fidem accipitur. Nā qui sic cōmunicat, ille nō solūm accipit in os corpus & sanguinem domini, sed etiā credit verbo, quod corpus hoc traditum sit in mortem pro peccatis suis, & sanguis eius fusus in remissionem peccatorum, Mat. 26. & sic communicans, spiritualiter & corporaliter communicat: Verbo cui credit, communicat spiritualiter, & hæc potissima est communio: sed in os accipiendo corpus Domini, communicat etiam corporaliter, & fit vna caro cum Christo. de illa spirituali communione loquitur Christus, cū ait Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. de altera corporali loquitur, cū ait Matth. 26. Hoc est corpus meum, Accipite & comedite &c.

3. Tertiò Apostolus 1. Cor. 10. duplicem fructum exprimit communionis: quorum primus est, participatio & communicatio corporis & sanguinis Christi corpus & sanguis Christi fit nobis propriū, & totum quicquid ex illis meruit. Rom. 8. Qui dedit filiū, quomodo non omnia cū filio? Christi iustitia, sanctitas, sapientia fit nostra, 1. Corin. 1. Datus est nobis à Deo &c. E diuerso nostra peccata iniustitia & miseria fit Christi, qui illa omnia absorbet, tanquā seintillam ignis mare propter excellentiam sanctitatis ipsius, & sic gloriamur & viuimus in Domino nostro

Fructus
duplicis
primus.

Iesu Cl
schaff
miserij
munica
rum co
mus ta
Sathan
munio

Secu
10. con
dicit en
id est, e
sum C
dempt
vnum
vnum C
ritatis
ciunt
corpu
bra in
na De
uid Pl
te. Er
pes or
sic no
diabo
dem i
in Ch
bono
deber
remi
ceps
conu
cimu
inter
ne &

Iesu Christo: & ideò dicitur communio **gemeins**
schafft/ quia nos Christi bonis, & Christus nostris
 miserijs communicat, sicut membra corporis com-
 municant bonis capitis, & è diuerso caput membro-
 rum communionem gaudet vel dolet: diuites igitur su-
 mus tanto Christi thesauro, & munitissimi aduersus
 Sathanam, infernum & peccatum per dignam com-
 munionem corporis Christi.

Secundus fructus est, secundum Apostolum 1. Cor.
 10. communio sanctorum omnium Christi fidelium:
 dicit enim, Qui de vno pane & calice participamus,
 id est, qui credimus in vnum Dominum nostrum Ie-
 sum Christum, & in eius mortem, quòd per illam re-
 dempti sumus: quotquot igitur nostrum sunt, omnes
 vnum corpus & vnus panis sumus: hoc est, quicquid
 vnus Christianorum habet bonitatis, sanctitatis, ve-
 ritatis, alteri communicatur, sicut racemi vnum fa-
 ciunt fructum, & grana multa vnum panem: igitur
 corpus sanctorum est per totum mundum, & mem-
 bra inuicem distribuunt & communicant dona & bo-
 na Dei, quæ Deus per illa operatur. Sic dicebat Da-
 uid Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium
 te. Ergo quoties communicamus, efficimur partici-
 pes omnium bonorum fidelium per totum mundum:
 sic nos iuuamus mutuis orationibus & suffragijs, ne
 diabolus nos illo thesauro priuare possit: & hic qui-
 dem ingens fructus est, vt quoties communicamus,
 in Christo maneamus, & participes fiamus omnium
 bonorum Christi fidelium. Postremò gratias agere
 debemus post communionem, quòd consecuti simus
 remissionem peccatorum, & bona operari, ne dein-
 ceptis vitijs iterum inquinemus corpora nostra iam
 coniuncta & insita Christo: denique quia omnes effi-
 cimur membra vnus corporis Christi, ideò debemus
 inter nos coniuncti ac pacifici esse mutua dilectio-
 ne &c.

C C 5

C A.

I I.

1. *Quòd sub qualibet specie sit totum & integrum sacramentum.*
2. *Quòd salus nostra non dependet à potatione calicis.*
3. *Quare Ecclesia utatur vna specie pro laicis.*

7. **N**O Tandem est primò, q̄ Christum habeamus sub illis speciebus indiuisibilem, integrum, viuentē, sicut iam in caelo ad dexteram patris sedet. Apostolus inquit Rō. 6. Christus amplius non moritur &c. nec diuiditur amplius sanguis eius à corpore, sicut semel factum est in passione quia igitur impossibile est, hæc in Christo separari, sed vbi corpus eius est viuum, ibi est & sanguis eius: & vbi sanguis, ibi & corpus: vndè elucet, quòd qui vnā harū speciesū sumit, totū accipit Christum & totum Sacramētū, id est, tā corpus quā sanguinem eius accipit, nec fructus minor est sumentiu sub vna, nec maior sumētium vtranq; speciē. Igitur ratione salutis atque dei nihil decedit sumentibus vnā speciē corporaliter, nec aliquid accedit vtranq; participantibus sed in fide sumere aut communicare vtranq; necessaria est ad salutem, id est, credere quòd corpus Christi sit pro peccatis tuis traditum, & credere quòd sanguis eius sit fusus in remissionem peccatorum tuorū. Quis sic non communicat per fidem vtranque speciē, tamē damnosa erit hæc sumptio & ad iudicium: alia autē sumptio corporalis seu Sacramentalis, non est adeo necessaria.

8. *Secundò, salus animæ à nulla specie pendet, sed à fide potiùs, quòd credam Christi corpus pro me traditum,*

ditum, &
fide pene
specie
tranq; iu
respicit
dam Apo
xerunt a
prismi, q
Baptizar
sancti, A
tenueru
in remis
bant pot
maiorē
ticipand
Christus
fides hic
nis pend
unt, Chr
stoli sic
mitiua
Athana
Nemo i
volunta
hoc nen
huc pau
ciem, ic
nis: nan
nicabar
stianos
quand
poris q
Aposto
iunis
sus, die
mentū

ditum, & sanguinem illius pro me fufum effe: à tali fide penderet! falus potiffimùm, non ab vna vel vtraque specie. Quæ fides fi non affuerit, etiam fi plus quàm vtraque; sumeres, nihil proficeret tibi: Et ad hanc fidem respicit Ecclesia magis, quàm ad species: quemadmodum Apostoli in Sacramento Baptismi potiùs respexerunt ad fidem Christi, quàm formam verborum Baptismi, quàm formam Christus ipse instituit Matt. ult. Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Apostoli tamen hanc verborum formam non tenuerunt, Actor. 2. Sed baptizarunt in nomine Iesu in remissionem peccatorum &c. nam fidem respiciunt potiùs, quàm formam Trinitatis. Ita Ecclesia maiorẽ fidei rationem habet in hoc Sacramento participando, quàm specierum, quando sub vtrisque est Christus totus & integrum Sacramentum. Dum igitur fides hic perfecta adfuerit, tunc totus fructus cõmunio nis penderet ab illa potiùs quàm à speciebus. At inquirunt, Christus sic instituit, & dedit Apostolis, & Apostoli sic vtraque; specie dederunt, 1. Cor. 11. Porro primitiua Ecclesia sic vfa est, vt patet in Cypr. Hierony. Athanasio, &c. ac plerisque alijs doctoribus Ecclesiæ. Nemo igitur debet hoc immutare, quia est vltima voluntas Domini & testamentum. Respon. primò, hoc nemo negat, in primitiua Ecclesia, quando adhuc pauci erant Christiani, datam fuisse vtraque; speciem, idq; non ieiuno tempore, sicut hodiè, sed in cõmuniõnis: nam eo tempore Christus instituit, & sic communicabant etiam Apostoli tunc temporis fideles Christianos. Sed & tempus modum correxit Paulus, quando alius esuriebat, alius ebrius erat: atq; temporis quidem ratio statim immutata fuit etiam apud Apostol. & postea ordinatũ ab Ecclesia, vt non nisi à ieiunis sumeretur: quòd si quis velit esse contentiosus, dicere posset, qd nec Apostoli distribuissent Sacramentum hoc iuxta Christi institutum, quia tempus non seruauerunt:

seruauerunt:

seruârunt: sed sicut hîc nullum est periculum, ita nec in communione vnus speciei. Adde quòd Anabaptistæ instant, non esse baptizandos paruulos, cò quòd Christus instituit formam baptismi sumendi, qui crederit primùm, & deindè baptizatus fuerit, Marc. & Matth. vlti. & sic non baptizamus iuxta institutionem & præceptum Christi. Sed Ecclesia & Apostoli baptizant pueros atq; primitus baptizarunt, quod non legitur à Christo fuisse præceptum, atque sic est contra eius institutum, vt pueri qui nondum credere possint, baptizentur. Non est igitur semper vrgendum Christi institutum, maximè vbi fidei nihil derogatur atq; saluti. Instituit quoq; Christus decem præcepta Decalogi sub necessitate salutis seruanda, dum inquit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Sed quomodo illa seruat totaliter? Sicut ergo hæretici Anabaptistæ vrgent institutum Christi in Sacramento Baptismi, Sic Hussitæ & Lutherani vtrinq; speciem salutis dissermine necessariam, quum tamen salus nostra non à speciebus, sed potiùs à fide in mortem passionis Christi & effusionis sanguinis eius dependeat. Respondent igitur aduersarij, & arguât Apostolos erroris, cò quòd tempus cõmunionis cœnæ Dominicæ in antemeridianum tempus mutârunt, & quòd pueros infantes, qui non credere potuerunt, baptizarunt, & formam Baptismi, quam Christus instituit, variârunt. Sed quemadmodum illi damnandi non sunt, sic nec Ecclesia damnanda erit &c. Iterum instant, at clarè exprimitur in scriptura. Accipite, comedite, & bibite, caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: ergo debeo nõ solum manducare, sed & bibere. Respondent. Hoc comedere & bibere alia forma & modo fit, quia comedere & bibere corporaliter cibum & potum. Fides hic comedit & bibit, quia credit corpus pro peccatis traditum: hoc nimirum est Christum fide & spiritualiter manducare: item credere Christi sanguinem esse

sum pro
& ne til
forbitio
Pretere
nihil pe
vniõnis
commu
uidia, fa

Tert
mediu
uocare
tum si c
let retr
status n
tauit in
iusmoc
semper
titur m
pore, &
condit
pus De
cũ vell
essent c
cas in c
lius, n
mos, y
Ecclesi
tandã
habuit
pter co
nem su
cut Cy
abrog
totũ S
error

sum pro nobis, hoc est bibere fide sanguinem Christi: & ne tibi scrupulus sit, tam in potu quam in cibo fit sorbitio, & tu simul hæc facis sine omni periculo? Preterea, etsi salus non dependeat ab altera specie, & nihil periculi sit animæ, tamen propter charitatis & vnionis vinculum optandum foret, vniformem esse communionem in Ecclesia. Tanta enim dissidia, inuidia, sanguinis effusio, quid tandem efficiunt?

Tertiò, res mortalium omnes habent principium, ^{3.} medium & finem: vndè fit, vt tantum sit, subito reuocare velle finem & decrefcentia ad primordia, quãtum si quis virum adultum ad cunas & infantiam vellet retrahere: multa secum defert tempus, & rerum status mutatur cum temporibus, & ætas multa mutauit in melius, sicut cęremonię, ordinationes & eiusmodi sæpè cum tempore mutantur & statuuntur, semper tamẽ manente doctrina fidei: quæ nullũ patitur medium nec finẽ. Ecclesia itaq; ordinat pro tempore, & statuit secundum quod melius est, secundum conditionem temporũ, mores hominũ &c. Olim corpus Dominicum dabatur in manũ, vt fideles domi, cũ vellent, fumerent: at cum intelligeret Ecclesia, qđ essent qui indignè tractarent, nempe ad artes magicas incantationes, mutauit hanc consuetudinẽ in melius, nimirũ vt per ministrũ vel sacerdotem in domos, ybi infirmi essent, portaretur. Quòd autẽ olim Ecclesia porrexit vtranq; speciẽ, hoc fecit contra vitandã heresim Manicheorum, qui negabant Christũ habuisse veram carnem & sanguinem: vel etiam propter confortandos martyres Christi, vt vel sic sanguinem suum pro Christo effundere non trepidarent, sicut Cypr. inquit. Quòd autem postea Ecclesia vtrãq; abrogauerit & vnã instituit, vt sub qualibet specie totũ Sacramentũ esse crederetur, fecit cùm inciperet error Nestorij, qui diuidebat Sacramentũ, vt tantum sub

sub

sub hostia corpus & non sanguis, & sub vino tantum sanguis esse diceretur. Sic porro ex alijs causis periculi effusionis &c. ordinavit Ecclesia vnā speciem panis scilicet idque non vt carnales blaterant, quali sacerdotes velint meliores aut sanctiores esse Laicis, sed quia nemo ritè vtranq; speciem sumit, nisi consecrās, id est, sacerdos, cui data est potestas consecrandi vtranq;: sed extra consecrationē nemo nisi vnam speciem sumit, tā imperator, quā colonus &c. Præterea Christus ipse semel sub vna & semel sub vtraq; specie cōmunicauit, sub vtraq; Apostolos suos duodecim in cœna tanquā sacerdotes, Matt. 26. sub vna specie, Discipulos in Emaus & alios laicos, Luc. 24. idq; secundū interpretationem Patrum, qui illā cōmunionem in Emaus factam, Sacramentalem esse affirmant, vt Theophylactus, Chrysostomus, Augustinus, Beda, Thomas ac reliqui. Apparet itaq; Christū inuuisse, licitè posse fieri communionē non solū sub vtraq;, sed etiam sub vna tantū specie. Ecclesiā itaq; habet dispensare, mutare, &c. Sed venio ad conuincendos sectarios: Quod si sola fides saluat & iustificat, quomodò non in vna specie fides saluat: aut cur diuidendo dicitis, alterā quoq; ad salutem necessariam esse? Si credunt Luterani, sub qualibet specie esse corpus & sanguinem: ergo sufficit vel vnam accidere in fide ad salutē. Si autem hoc negant, tunc Christum diuidunt, occidunt, sicut Iudæi, qui diuiserunt sanguinem à corpore eius &c. Luterani quatuor accipiunt species, id est, corpus, sanguinem, & panem quem dicunt remanere post consecrationē: & vinum, quod & ipsum, vt ipsi dicunt, remanet &c.

CAPVT XIII.

ARGVMENTA.

1. *Quid sit publicum sacrificium Ecclesiæ sine Missa.*

2. *Quid sit*

2. *Quare sit institutum.*

3. *Quaratione dicatur esse sacrificium.*

Missa est Cereemonia siue opus sacerdotis vel publicum officium, quod facit super altare, quando consecrat aut facit ex pane corpus, & ex vino sanguinem Christi, ex mandato & institutione eius ad memoriam passionis suae, & nostrae redemptionis, vt testatur scriptura, Luc. 22. & 1. Cor. 11. Hoc facite in meam commemorationem, id est, quia vos meo corpore & sanguine redemi, hoc debetis in sacro officio Missae celebrantes & caeteri assistentes recordari, quod hoc meo beneficio estis redempti, & sic Deo gratias agere &c. In Missa autem duo sunt: Consecratio corporis & sanguinis Christi, ex speciebus panis & vini, deinde manducatio & bibitio, sicut praecipit Apostolis, dicens: Accipite, comedite, & bibite: & haec est tota substantia & principale bonum huius sacrificij. In eo fidesumentis accipit remissionem peccatorum, qua fide homo credit hoc corpus pro se traditum, & sanguinem eius effusum esse pro peccatis suis, & hoc modo Missa solum prodest sumenti & communicanti. Deinde in Missa fiunt orationes, laudes, confessio nominis Christi, gratiarum actiones, petitiones, suffragia &c. illa omnia pro sunt non solum communicanti, sed etiam adstanti, & tam uiuis quam defunctis: orat enim sacerdos, vt Deus pater per passionem filij velit & uiuis & defunctis esse propitius, remittere peccata, donare necessaria, salutem & requiem aeternam, liberare animas & conseruare a periculis, idque fit non propter hoc opus operatum Missae: nam Missa per se non est actus Christi crucis, nec sacerdos aequalis CHRISTO est, igitur non fit propter hoc opus sacerdotis, sed propter Christum filium DEI, & virtute veri sacrificij

ficij Christi, quod ipse obtulit in cruce DE O patris hęc inquam virtus totum illud efficit. Missa est tantquam annuncians oratio nostra ad Deum patrem, vt ppter merita filij sui hęc nobis concedat, & est acceptum nuncium apud patrem, quia secum deferens passionem & mortem filij sui dilecti, & huius dilecti sanguinis vox clamat & impetrat ea vobis &c.

^{2.}
Sacrificij
duplicis
primum.

Secundò, scriptura duplex sacrificium commemorat. Vnum quod dicitur propitiatorium, (gnadoffer) quod meretur alijs remissionem peccatorum, culpę ac pœnę æternę: vel dicitur sacrificium reconcilians Deum, ac placans iram Dei pro alijs: vel est satisfactorium pro culpa & pœna æterna aliorum: sic sola Christi mors & passio, est sacrificium vnicum & solum, Gal. 1. qui dedit semetipsum pro nobis, Eia. 53. Oblatus est, quoniam sic voluit pater, qui posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Alterum sacrificium est laudis & gratiarum actionis: hoc fit ab illis, qui iam sunt reconciliati & iustificati, qui pro accepta remissione peccatorum & redemptione atque ceteris Christi beneficijs gratias agunt Deo. Et tale sacrificium est ipsa Missa, non pœnale sicut erat in cruce, nec cruentum, sed gratiarum actio pro pœna crucis, non nouum aut singulare, sed memoratio, eiusdem viui sacrificij: & non solum memoratio sed & ipsum sacrificium & idem. Nam vbicunq; fuerit corpus Christi & sanguis, ibi est & sacrificium: at cum altari sit verum Christi corpus, sequitur & ibi esse sacrificium. Non autem in hoc sacrificio iterum occidimus Christum, sicut ludæi fecerunt, & heretici faciunt, separantes corpus & sanguinem: sed petimus, vt propter ipsum corpus & sanguinem Christi, quibus salus nostra est acquisita, nostrorum omnium viuorum quàm defunctorum pro quibus suffragia fiunt, velit Deus misereri, &c. Et quanuis quilibet propria

I I.

DE O patri
Missa est tan
um patrem
dat, & est ac
ecum defen
huius dilecti
bis &c.

n commemo
gnadopp
peccatorum
ficium recu
lijs: vel etia
a aliorum
ium vnica
o nobis, Eia
er, qui posu
terum sacri
oc fit ab illis
qui pro acce
one atq; ce
o. Et tale fa
t erat in cru
ro pœna cru
oratio, etia
oratio sed
q; fuerit cot
um: at cum
& ibi esse fa
iterum occi
c heretici fa
sed petimus
Christi, qui
a omnium tã
ous suffragi
uis quilibet
propria

propria fide sibi possit applicare sacrificium Christi, tamen multò magis efficax est illa applicatio, si aliena accesserit quoque oratio, obsecratio, suffragium, &c. & Deus vult vt non solùm nostra propria fide simus contenti, sed etiam vt orationibus, suffragijs & petitionibus, mutuis nos inuicem iuueamus. Sic Matthei 6. Christus docuit nos orare: Pater noster &c. in qua oratione non vnum pro se solo, sed omnes in plurali orare nos voluit: & quanuis Paulus plenus esset fide Christi & Spiritu sancto, attamen sæpiùs petijt orationem fratrum fidelium: & ideò S. S. Patres multum tribuebant orationi, quæ fiebat in altari in præsentia corporis & sanguinis Christi, quam etiam Augustinus in Epistola arbitratur esse efficacissimã: & Christus ipse pro alijs in cruce orauit, & illis applicauit suum sacrificium, & orauit pro crucifigentibus se &c. Nam ne quis putet hoc opus operatum in Missa efficere, canit Ecclesia, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.

Tertiò, Missa est instituta triplici ratione: Prima est memoria passionis saluatoris nostri: nam Christus iussit mortẽ eius annunciare donec veniat ad iudicium, 1. Cor. ii. scilicet quòd per illam redempti sumus, & ne in alio quæramus salutem & iustitiam, quam in ipsa sola morte Christi: nullum opus hominis hanc habet prærogatiuam: ideò voce, Sacramẽto, imagine crucifixi & alijs cæremonijs reuocamus in memoriam illam passionem, in vestimẽtis, ornatu & alijs ritibus Missæ &c. Secunda causa est precatio ad Deum patrem, tanquam legatio vel nunciũ pro distributione huius beneficij: quotidie enim peccamus, ideò & quotidie est nobis necessaria precatio seu supplicatio p condonatione peccatorum propter meritum Christi. Igitur in Missa dicimus, Ecce amantissime pater, filiũ tuum, quem diligis, quẽ genuisti tibi equalem, cuius corpus & sanguinẽ tradidisti pro peccatis

D D

catis

3.
Trium rã
tionũ pri
ma.

I I.

catis totius mundi, quod corpus & sanguinē hīc in altari veraciter habemus: petimus, amore illius, nostri miserere, & ppter eius passionē pro salute nostra factam. Non petimus propter illius diuinitatem, potentiam, sapientiam &c. nostri misereri, sed propter mortem eius & sanguinē. nam illam ad nostram salutem & reconciliationem tuam nobis pater donasti ex misericordia & dilectione erga nos, vt cum ita diligeres filium, cum tamen dares pro toto mundo: & quia iussisti nos petere in nomine eius &c. da igitur & concede famulis tuis &c. Salutare igitur est quotidie ex deuotione, non autē ob quēstum, celebrare. Et quoniam passio Christi efficax erit & remissio peccatorū & pœnarum durabit tandiu, vsq; dum uenerit ad iudicium, & ideo semper iussit nos annuciare eius mortem, certē semper & vsq; durat distributio beneficij Christi. Si igitur antē hoc tempus aduentus eius aliqui moriūtur Christiani, de quorū statu post mortē certi non sumus: ideo semper in hoc sacrificio Missę fit oratio pro illis defunctis, vt eis subueniat & distribuatur virtus passionis Christi: non enim Missa per se, vt sunt Ceremoniæ, liberant animas de purgatorio, sed ipsa virtus & merita mortis Christi, & illam petimus eis exhiberi in Domino defunctis: hoc enim sacrificium Missę vnā cū precibus, elemosinis, & ieiunijs prodesse fidelium animabus, Patres & Ecclesia antē multos annos crediderunt, & in vltis semper habuerunt: precamur item & alia nobis necessaria exhiberi propter mortem Christi, pluiam, fertilitatem, auersionē pestilitatis, pacem & propagationē, & hęc similia, freti verbo Christi, cum ait Ioan. 16. Si quid petieritis patrē in nomine meo &c. ibi nihil excluditur, nec prohibuit petere &c. Tertio Missa instituta est pro gratiarum actione, quōd mirum per mortem Christi tantum beneficium sumus consecuti: nam etiam in mensa pro accepto cibi benedictione

I I I.

L
bi benefici
li cibo se
ris fide
sum esse
ma nostr
Apostol
tri in no
primitiu
bar, vt il
bi inculc
Quōd si
ranc hær
nis Chri
titiones
tota deu
absit.


1. Q
d
2. Q
no
3. Q
missoru
teret se
uerte fa
mea, &
rū meo

bi beneficio gratias agimus Deo, & sicut illo natura-
 li cibo seruat vita, ita per hoc Sacramentum Alta-
 ris fides nostra, quod credimus tanta pro nobis pas-
 sum esse Christum, retinetur: nam sine tali fide ani-
 ma nostra non uiuit vita gratiæ Sic ad Ephes. 5. iubet
 Apostol. in omnibus gratiarū fieri actiones Deo pa-
 tri in nomine Domini nostri Iesu Christi: & ideo in
 primitiua Ecclesia populus frequenter communica-
 bat, vt illam fidem de Christi morte uehementius si-
 bi inculcarent, idq; singulis diebus ac festiuitatibus:
 Quod si verò Missa Catholica, quod instanter labo-
 rant hæretici, planè abrogaretur, tunc fides passio-
 nis Christi, laudes diuinę, communes orationes & pe-
 titiones, gratiarum actiones, suffragia, & in summa
 tora deuotio Christianorum extingueretur, quod
 absit.

CAPVT XIII.

ARGUMENTA.

1. *Quid sit vera conuersio seu pœnitentia secun-
 dum scripturam.*
2. *Quidnam homini peccata sua remittat, an
 nostra cõtritio, confessio satisfactio, uel fides.*
3. *Qui sint veri fructus pœnitentia.*

 Onuersio hominis siue pœnitentia est, v.
 aliter in animo sentire quã quis antea
 senserit in peccato uiuēs: & ea repudia-
 re ac im pbare, quę antea placuerāt, ac
 pigere de inhonestate ac malignitate cõ-
 missorum peccatorū, sicut Dauid orauit Deū, vt auer-
 teret se à fœditate peccatorū suorum, cum inquit: A-
 uerte faciē tuā à peccatis meis &c. q̄a putruerūt ossa
 mea, & corruptę sunt cicatrices meę à facie peccato-
 rū meorū, Psa. 50. & 37. Sic Petr. postquā abnegauerat
 DD z Domi.

Dominū suū Christū, tamen in se reuersus, fleuit amare, Mat. 26. Sic Magdalena pœnitēs & gemens de turpitudine peccatorum, prouoluit se ad pedes Christi & lachrymis suis eos lauit, & iterum Dauid, deflexum commissum adulterium, inquit: Lachrymis meistratum meum rigabo, peccatum meum contra me est semper. quasi diceret, Ex corde doleo & improbo quod primū placuit: & hęc dicitur conuersio lespœnitentia hominis. Et quoniam maior est Christi gratia & bonitas, quā peccatum & iniquitas nostra Rom. 6. ideo certissima est hęc sententia, omnia peccata remitti pœnitentib. & credentibus, ita quod nullū peccatum sit irremissibile, nisi quod gratia Christi mortē contēnit, vt est peccatū in Spiritu S. Mat. 12. qualia sunt perpetua impœnitentia, obdurtio cordis, desperatio, abnegatio vel impugnatio a gnite veritatis & Euangelij &c. hęc dicuntur peccata ad mortē, & qui in illis moriuntur, non est p̄ eis orandum, vt ait scriptura: Est peccatum ad mortē, non dico vt quis oret pro eo &c. pugnant enim hęc cū gratia & promissione Dei: cetera autē peccata, cū ad gratiā & p̄missionem Dei per conuersionē confugiunt, remittuntur: illis autē qui nunquā pœnitent, peccatū est irremissibile &c. Sēntentia illa Apostoli ad Heb. 6. Impossibile est quod qui semel illuminati sunt &c. intelligenda est de illis, qui non amplius auscultant Euangelio, sed abnegant & contradicunt, nec retinent vota Baptismi, pœnitentię, & aliorum Sacramētorū: porro sententia ad Heb. 10. Voluntariē peccantibus &c. intelligitur postquā Christi beneficiū cōsecuti sunt, sed id non retinēt, necessariō sequitur alterum, vt dent pœnas in iudicio: non autē negari potest per has authoritates, quod lapsi nō possint redire ad beneficium Christi. Errāt igitur Nouatiani, qui post baptismū negant lapsis pœnitentiā, & post peccatum iterū posse consequi veniam peccatorū, sicut p̄

Psal. 6.

Psal. 50.

1. Ioan. 5.

in Dauide 2. Reg. 12. & 24 & Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Et tamen quia peccatū in natura hæret, Psalm. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, Eph. 2. Eramus natura filij irę: ideò errant Cathari, qui somniant se absq; peccato esse, & propria iustitia iustos. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus &c.

2.
 Secundò, veteres tres partes pœnitentię fecerunt, contritionē, confessionem & satisfactionē: & illas rectè oportet intelligi. Nam contritionem appellarunt verum dolorem ac terrorem conscientię, quo homo sentit Deum irasci peccato suo, & dolet se peccasse. Vndè Psal. 50. Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet: Confessionē dixerunt enumerationē peccatorū, quę quis cognoscebat, & quę enormia erant Omnia autē & occulta recensere impossibile est, iuxta Psal. 18. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Deus, & illa confessio fuit retenta in Ecclesia, licet non fuerit sic expressa à Christo: primò, propter absolutionem & consolationē turbatę conscientię: deindè, propter disciplinam & timorem: postremò, quòd inconueniens erat prorsus, inexploratos accedere ad communionē: huiusmodi verò confessio fit hodie occultè in aurem presbyteri: olim re criminum, publicè excommunicabantur, nec recipiebantur nisi primùm confessi, hoc est, nisi priùs testaretur apud confessionariū, se emendaturos peruersos mores, & peterent absolutionem: addebatur satisfactio, id est, publica quædam solutio seu castigatio, vel eapropter, vt alij admoniti cauerent, ne simili modo laberentur, vel vt exploraretur eorum animus qui redibant per pœnitentiam, an seriò resipuisent. Satisfactionem dixerunt veteres, exteriorem vel corporalem quandam operationem vel afflictionem voluntariè assumptam, ad puniendū etiam peccatum à se commissum, & hæc potissimum consistebat

bat in ieiunio, oratione, eleemosyna &c. Quòd autem veteres dixerunt illa esse satisfactiua apud Deum non de culpa peccatorum intellexerunt, pro qua solus Christus satisfecit, sed de pœna peccatorum, quam Deus pro peccatis post baptismum admissis à nobis exigit, vt alibi dictum est. Ceterum prædictæ partes non sic capiendæ sunt, tanquam per opus contritionis, confessionis vel satisfactionis simpliciter quæ mereatur remissionem peccatorum: illa licet salutaria sint, tamē remissio transfertur in Christum, in cuius nomine prædicatur pœnitentia, Luc. vii. hoc est, Christi virtute & merito gratis nobis remittuntur peccata, non tantum opera nostra satisfaciunt pro peccatis. Vna est enim satisfactio generalis pro peccatis totius mundi: opera quoq; nostra in alium finem seruiunt ad castigandum & purgandū corpus: & illa Deus promittit ingentia præmia: sed satisfactio plenaria qua Deus reconciliatur, tribuitur soli Christo &c. ius morti: attamen illa satisfactio erga proximum necessaria est, vt scilicet restituā res ablatas, & reconcilietur proximo &c. Præcipuè autē partes pœnitentiæ videntur esse, contritio & fides, contritio quæ concipitur & augetur ex verbo legis diuinæ, quæ exigit obedientiam præceptorum Dei, immo exempla horrida proponuntur tam in lege quàm Euangelio, Omnis arbor quæ non fert fructus, excindetur & in ignem proiecietur &c. Deindè fides in Dei misericordiam, qua homo se erigit & credit sibi remitti peccata propter Christum gratis, non propter opera quæ fecerunt nos, sed propter Christum, particula, gratis, nõ excidit opera nostra bona, sed causam remissionis transfert in Christum, vt promissio sit certa, Rō. 4. Hęc fides discrimen fecit inter contritionē Petri & Iudæ, Davidis & Saulis: quia Sauli & Iudæ contritio sua non profuit, quia non addiderunt hanc fidem, sicut Petrus & David fecerunt, & apprehenderunt pmissam De

Dei misericordiam propter Christum, qua se conso-
labantur: hæc fides facit discrimen inter timorem ser-
uilem & filialem, eò quòd timor seruilis est metus
sine fide, timor autem filialis erigit & consolatur a-
nimus: quilibet ergo peccator debet sibi in specie, &
non solum in genere statuere, quòd sibi remittantur
peccata sua propter Christum: scit enim diabolus in
Ecclesia esse remissionem peccatorum non autem
credit sibi ignosci: igitur specialis fides habenda est,
qua sibi quisq; applicet beneficium Christi. Postre-
mò in reconciliatis, confessis, & contritis sequi de-
bet iustitia bonæ conscientie, id est, bona opera & di-
gni fructus pœnitentiæ, non quòd satisfaciant & re-
concilient, quia iam propter Christum fide reconci-
liati sumus, sed in alium finem ad laudem Dei, Phil.
1. ad gratias agendas pro accepto Christi beneficio,
quia propter illius mortem nobis peccata sunt remis-
sa, & quòd Deus promisit ingentia præmia 1. Cor. 3.
Sic Matthei 4. Facite fructus dignos pœnitentiæ, &
Rom. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire im-
munditiæ &c. & iterum, Si secundum carnem vixe-
ritis, moriemini &c. hæc nisi sequantur reconcilia-
tionem & pœnitentiam, tunc pœnitentia vana est.
Et quanuis non satisfaciamus legi, nec sedulo faci-
mus bona opera vt deberemus, & si quid boni faci-
mus, hoc fit in carne maculata, tamen conscientia
non desperet, sed teneat semper hoc beneficium Chri-
sti, quòd homo sit iustus, id est, acceptus fide propter
Christum, & quòd sequentia bona opera Deo pla-
ceant, & sint iustitia, & habeant præmia, quia perso-
na est reconciliata &c.

CAPVT XV.

ARGVMENTA.

1. Unde fiat, quòd homines infirmi vnguntur.

D. D. 4.

2. Qui

2. *Qui sunt fructus unctionis sacra.*
3. *Quare in fine vitæ datur, & non in principio.*



I.
Vnctionū
triū prima.

Otandum primò, quòd quilibet Christianus communis ex ordinatione patrum ter vngitur, in Baptismo scilicet, in principio confessionis fidei Christianæ supra caput in vertice, vt sciat baptizatus se iam Christo insitum & inunctum esse, vnde chrisma dicitur vnctio, & quia Christo vngitur baptizatus, vnde & Christiani à Christo vncti dicuntur hocque nomen Christiani, fidelibus dari cœpit Antiochiæ Acto. II. prius vocabantur Galilæi, vt ibi, Vni Galilæi &c.

Act. I.
II.

Secundò, vngitur homo in confirmatione, balsamo & oleo in fronte, vt confirmetur & liberè confiteatur nomen Iesu Christi coram Iudeis & gentibus, Matt. 10. Qui me confessus fuerit &c.

III.

Tertiò, vngitur homo in fine vitæ in manibus & pedibus contra impugnationem Dæmonum, & ad patientem tolerationem passionū atq; pœnæ mortis, ad alleuiationem infirmitatis, & remissionem peccatorum cum oratione presbyterorum Iac. 5. &c. Et hinc ritus vngendi venit à temporibus Apostolorū, Marc. 6. dicitur: Vngebant infirmos oleo, & sanabantur nec legitur quòd Christus repræhenderit hunc ritum vngendi, & Iacobus Apostolus præcipit in suo Canon. 5. cap. Si quis infirmatur inter vos, accersat presbyteros Ecclesiæ, & orent, super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & eriget eum Dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei &c. rursus probatur ex Marc. 6. cap. Et accersit duodecim, cœpitque eos mittere binos ac trinos, ac dabat illis potestatem spirituum &c. Exeuntes ergo, prædicabant hominibus, & dæmonia

nia eijciebant, & vngebant oleo multos egros, & sanabantur &c. Dedit ibidem multa præcepta Christus discipulis, vnde & præceptum vngendi infirmos eis dedisse conuincitur: aliàs enim sua propria potestate non vaxissent, nec dæmonia eiecissent, nisi fuisset præceptum & iussum Christi, vt ipsius autoritate dæmones eijcerent, & infirmos vngerent vt saluarentur. Et sic docent patres Ecclesiæ, sacram vnctionem à Christo institutam & præceptam discipulis: ideoq; minimè vt humana inuentio, reiicienda est.

2.

Secundò, fructus & virtus huius Sacramenti duplex est propter orationem fidei, quæ fit à Sacerdotibus & populo: primò, peccatorum remissio: deinde, corporalis infirmitatis alleuiatio, si Domino videbitur, & patiens meretur. Hos duos affectus ponit Apostolus Iac. 5. inquit: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & primò orent super eum, & oratio fidei saluabit infirmum: & si in peccatis sit, remittentur ei. Non nuda oratio à nobis effusa dat remissionem, neque oleum peccata dimittit, sed virtus sanguinis Christi atque mortis, quæ ibi operatur per implorationem orationis, & per oleum fides certificatur de accepta remissione peccatorum propter Christum & eius mortem. Vult enim Deus efficacem esse suam promissionem, remitti fidelibus peccata per sacramenta, quibus fides certa redditur de gratia: & illa est ordinatio diuina & voluntas, atq; ideo dicitur, vnctionem fieri debere in nomine Domini, vt propter illum sit efficax. Secundus fructus vnctionis est alleuiatio, quòd eum Dominus alleuiabit à corporali infirmitate, si diutiùs per diuinam prouidentiam viuere debet, vel dat ei maiorem patientiam in infirmitate atque constantiam contra impugnationem dæmonis. Si quæris medicinam propter alleuiationem infirmitatis, cur hic fugis aut contemnis Christi medicinam? an nò habes maiorem con-

DD 5 fidentiam

fidenciam acquirendæ sanitatis per Euangelicam sa-
 nationem & Christi medicinam, quàm habes per A-
 pothecarios? S. Hieronymus dicit, quòd nulla me-
 dendi ars aliquid valeat sine misericordia Dei, & dil-
 ferit contra medicos, qui negant morbos esse flagel-
 la Dei, &c. Tob. 6. fol. 206. Quòd autem in tali va-
 ctione omnia membra hominis, aures, manus, pedes,
 &c. vnguntur, signū est humilitatis & pœnitentiæ: p-
 petimus remissionem omnium eorum peccatorum,
 quæ audiendo, tangendo, ambulando, videndo &c.
 commisimus: id quæ fit cum oratione presbyteri. Do-
 minus noster IESUS CHRISTVS remittat tibi omnia
 peccata, quæ oculis, auribus, manibus &cæt. contra
 xisti. Deus itaque remittit nobis peccata per vnctio-
 nem, non ipsa vnctio, sicut Deus nos nutrit per pa-
 nẽ, nõ ipse panis. D. Augustinus inquit: si quis agre-
 rat, in sola Dei misericordia confidat, & Eucharistia
 sumat cum fide & deuotione, oleum quæ benedictum
 fideliter ab Ecclesia petat, vnde corpus suum vngu-
 tur: Nam illa vnctio designat vnctionem spiritulã.
 Et, qui confortet in fide atque conseruet exeuntem
 ex hoc seculo &cæt. At inquis: si tantos habet fru-
 ctus vnctio, cur non etiam vnguntur paruuli? Re-
 spon. hoc sacramentum pertinet propriè ad illos, qui
 intelligunt quomodò toto corpore & omnibus mem-
 bris contra Deum peccarint, & se non seruasse præ-
 ceptum Apostolicum, Romanor. 6. Sicut exhibuit
 membra vestra &cæt. & quoniam paruuli hoc non
 dùm intelligunt, nec ita deliquerunt vt seniores, idè
 tali vnctione nondùm opus habent. Non autem dico
 hoc sacramentum summæ esse necessitatis, quòd ne-
 mo saluaretur sine illo: nam Deus non alligauit pe-
 tentiam suam sacramentis: sed tamen qui hoc facere
 possunt, ritum illum Apostolorum non debent con-
 temnere. Vult enim Christus varijs modis & ritibus
 squam nobis exhibere beneficium, iam verbis in abse-
 lutiã

lutione, iam per verba & signa sacramentalia, iam per opera &c. Quare hæc regula semper tenenda est, quoties dicitur, Baptismum, Confirmationem, Vnctionem, orationem, ieiunium, eleemosynam &cæt. & alia bona opera remittere peccata, non sic intelligendum esse, quasi hæc opera operata per se, vel sacramenta & eorum materiæ, elementa & creaturæ, nobis remittant peccata: nam nullum opus vel sacramentum ex sua dignitate & virtute meretur nobis veniam peccatorum, sed solus Deus est qui remittit & indulget peccata, Esai. 43. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, sed sic est intelligendum, quòd in tali operatione salutis & remissionis peccatorum, Deus propter Christum & eius sanguinem atq; meritum, causa & fons est per externa hæc signa sacramentorum seu rituum, per quæ tanquam per media, ipse distribuit nobis filij sui beneficia, id est, remissionem peccatorum & salutem æternam: Nam à sola Christi morte fluit & pendet virtus & causa remissionis peccatorum & vitæ æternæ: idq; semper tenendum, quoties dicitur, quòd oratio, eleemosyna, hoc vel illud opus, remittat peccata &c. 3.

Postremò vngitur Christianus in extremis, & non in principio infirmitatis: etsi contra Deum non foret, etiã si in principio fieret: sed quia aliquandò infirmitates & morbi sunt pœnæ & crux siue flagella Dei, (vt D. Hieronymus ait) quæ ad certum aut diuturnum tempus, Deus vult hominibus infligere ad extirpationem & mortificationem vitiorum & peccatorum corporis & animæ, sicut probauit Iob grauissima infirmitate, Ezechiam 4. Reg. 20. Tobiam cæcitate, & in Euangelio paralyticum, & quia dicitur, Quos diligit Deus, hos castigat &cæt. igitur infirmus vngitur in extremis, & est vltimum sacramentum, quo Christiani muniuntur in fine vitæ. Nam visum est Ecclesiæ, vt quilibet verus Christianus in principio vitæ baptismò,

ptismo, deindè iam adultus confirmatione, & postremò vnctione armaretur contra diabolum, vt omnium diligentia accepta semel in baptismo iustitia retineretur: Est enim Christianus, in hac vita viator: qua egressurus, primùm valedicit, id est, in baptismo renunciat mundo, peccatis & sathanæ: deindè prouidet sibi de pane viatico, id est, in Eucharistia cibatur: Tertio armatur cōtra noxia animalia, canes, &c. id est, in confirmatione & vnctione extrema armatur contra insultus & insidias diaboli, &c.

CAPVT XVI.

A R G V M E N T A.

1. *Quare Ecclesia permittit & habet varia sacramentalia & caeremonias.*
2. *Vnde illarum sit virtus, utrū à rebus, an virtute diuini nominis super his inuocati.*
3. *Quando illorum verus sit vsus, & quando abusus.*

1.



Notandum primò quòd propheta Dauid in Psal. 148. iubet Deum laudare omnes creaturas tam rationales, vt Angelos & homines, quàm irracionales, vt bestias & vniuersa pecora, solem, lunam, ignem, glaciem, montes, ligna fructifera, & oēs cedros &c. quæ à Deo creata sunt. Deindè iubet nos in creaturis Deum laudare: idè Ecclesia quia scit quòd Deo placet, si inuocetur sæpè nomen eius: nam illa inuocatio est cultus & honor Dei, quem maxime exigit. Nam est testimonium fidei, Rom. 10. quomodò inuocabunt in quem non crediderunt? Igitur super varias creaturas inuocat & laudat Ecclesia nomen Dei, vt sunt sal, aqua, herbæ, lumen, apparatus, & reliqua templi utensilia, in hunc finem, vt

homo

homo habeat, quo sæpè admoneatur laudare, benedicere & cogitare Deum in corde suo, vt quoties videt vsum illarum creaturarum, cogitet ea fieri in honorem & laudem Dei, atque ideò ipsum in corde suo adoret. Nam sicut circulus ante tabernam admonet de vino vendibili, &cæt. ita externæ cæremoniæ admonent nos rerum diuinarum. Habebāt olim Christiani priuatim in domibus Eucharistiam: sed mos ille abolitus est, & in locum eius successit consuetudo, quòd habeant in domibus creaturas benedictas vel consecratas cum inuocatione nominis Dei, vt vel sic semper in omni creatura admoneantur Dei benefactoris ac conditoris, sicut habent sal, aquam, palmarum frondes, cereos &cæt. consecrata, nam testatur scriptura, vbi ait Apostolus 1 Timoth 4 quòd omnis creatura sanctificatur per verbum inuocationis, Dei scilicet & orationum: monēt autem nos vexilla, thurificationes, candelæ seu funalia de triumpho Christi, quem habuit superata morte & inferno: herbæ autem fructiferæ & odoriferæ signant, virginem Mariam dedisse suauitatem odoris & fructum benedictum Iesum Christum &cæt. Non in alium quàm in hunc finem, nempe vt nos admoneant Dei & rerum spiritualium, permittit Ecclesia huiusmodi sacramentalia & cæremonias.

Secundò, quia non solùm admonent, sed etiam quandam virtutem & fructum habent: ideò sciendū, quòd talis efficacia non est à creatura, sed ab inuocatione nominis Dei: Virtus enim nominis Dei, super hanc creaturam inuocati, operatur per eandem, non ipsa creatura. Sic Christus inquit Marc. vltim. In nomine meo dæmonia eijcient, id est, non verba aut virtus verborum, sed virtus nominis mei: illuc respicite, & intentionem ac fidem dirigite, non in creaturam aut verba vestra: sed virtus nominis Christi serpentes tollet, ne potus veneni noceat, vt infirmitas sanctetur

fanetur per impositionem manuum vestrarum & cetera. Ibi Christus dedit potestatem contra dæmones, non solum in hominibus, sed etiam alijs creaturis, quibus diabolus nocere posset, si non prohiberetur. Deinde, quod impossibile est, quod nomen Domini possit sine fructu inuocari: est enim efficax nomen Domini: & in nomine Iesu omne genua flectetur, tam terrestrium quàm inferorum: est igitur aduersus dæmones efficax, vnde veteres dixerunt de aqua benedicta.

Huius aqua iactus depellit demonis actus.

Paulus ad Roman. 1. dicit, quod inuisibilis virtus Dei atq; diuinitas conspicitur per ea quæ facta sunt: id est vbi cunque est inuocatum nomen Dei, ibi aliqua est virtus & efficacia secundum formam orationis super creaturam prolatam, quem fructum Deus virtute sua ex misericordia propter Christum efficit de quacunque re, de qua in petitione mentio facta est: id est fides non ab ipsa creatura pendet, sed à virtute nominis Dei. Vult enim Deus illum cultum & honorem inuocationis nominis sui, per varios modos & occasiones fieri. Non igitur blasphemia est vel idololatria, talis super creaturam inuocatio nominis Dei, quando pie & religiosè fit, nec etiam sine culpa possunt eiusmodi sacramentalia aut cæremoniæ dehonestari vel irrideri. Tres pueri in camino Deum laudabant in omnibus creaturis, Daniel. 3. Merito igitur & nos Deum laudamus, & memoriam eius facimus occasione creaturarum.

- Tertiò, magna diligentia exigitur à pastoribus, ut hic doceant populum, ne pendeat à visibilibus creaturis, illis fructum tribuens, non verbo Dei & Christi virtuti: id quod sæpè timendum est à simplicibus Christianis: deinde, ne incantationes & spurcitiæ diabolice his exercent. Nam sic vti sacris rebus & verbis, est

est Christ
transfer
mum est
cramen
tionis D
retur fru
rare est &
rijs adue
sine illis
ces, vt se
dentur, p
Deus lau
quàm fl
temnen
læc mir
ritur au
to nom

1. Q
sch
2. Q
3. Q
ob

causse
eulato
& sic d

est Christum offerre diabolo, & diuinam virtutem transferre ad voluntatem diaboli: id quod grauissimum est peccatum. Si ergò in eum finem vtamur sacramentalibus, vt nos vt per ea moneamur venerationis Dei, vtque tantùm à virtute nominis Dei spectetur fructus & efficacia ad formam orationis, salutare est & minimè contra Deum, etsi rumpantur furtijs aduersarij. Non sunt res ita necessariae, vt nemo sine illis possit saluari: fateor: tamen propter simplices, vt semper in oculis & vsu habeant, quo Dei recedantur, pietas accendatur, fiducia in Deum erigatur, Deus laudetur, & Sathanas hisce rebus inimicus tantùm flagellis repellatur, haudquaquàm sunt contemnenda. Sepè etiam efficaciam diuinæ virtutis per hæc miraculosè operatam esse, compertum est: Nutritur autem maximè per hæc deuotio & contemplatio nominis & gloriæ Dei.

CAPVT XVII.

ARGVMENTA.

1. *Quid sit Episcopus secundum Apostolum & scripturam.*
2. *Qualis sit eligendus in Episcopum.*
3. *Quid illi debeant subditi, scilicet honorem, obedientiam, prouisionem.*

Apostolus i. Corinth. 4. exponit, quid sit Episcopus, inquit: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei. est enim Episcopus Speculator aut superintēdens. vnde Hier. 6. Constitui super vos speculatores, Græcè *σχοποῦς*, audite vocem tubæ: & sic dicitur, quia semper intendere debet salutem plebis

plebis sibi commissæ: est enim dispensator ministrorum Dei, id est, docere debet Euangelium & prædicare populo Marc. ultimo & Matth. vlti. absolueret & ligare, atque sacramenta ministrare, & pauperum Christianorum curam agere, & in eum finem dicit Apostolus 1. Timot. 3. Qui Episcopatum desiderat, id est, hoc officium, curam & labores pro salute simplicium, bonum opus desiderat: placet enim Deo maxime hoc officium Episcopi, quando quis hoc non facit propter suam gloriam, aut commodum aut dignitatem, sed ad laudem Dei & salutem simplicium, qui quærit fructum, non lanam ouium. Vnde dicitur apud Prophetam: Væ pastoribus qui pascunt semet ipsos &c. qui labores suscipit propter Deum & utilitatem gregis sui, non propter dignitatem vel diuitias aut honorem. Est igitur Episcopus dispensator rerum æternarum per ministerium verbi & sacramentorum, scilicet iustitiæ æternæ, Charitatis, Spiritus sancti, vitæ æternæ, remissionis peccatorum &c. hæc enim dispensantur per prædicationem, & fide accipiuntur à fidelibus, Gala. 3. aut ex auditu fidei vel legis &c. Gubernatio igitur rerum corporalium, ciuitatum ac legum pertinet propriè ad politicam administrationem, quæ res alia est à dispensatione rerum spiritualium. Si igitur Episcopi habent potestatem gladii, hanc non habent vt Episcopi ex mandato Euangelij, sed iure humano, donatam à regibus & imperatoribus ad administrationem ciuilem suorum subditorum & bonorum, ad sustentationem ministrorum &c. Proprium autem officium Episcopi est, docere seu scripto seu ore, ordinare, remittere peccata, & ligare impœnitentes, administrare sacramenta, &c.

2. Secundo dicit Apostolus 1. Timot. 3. & Tit. 1. notat qui sint eligendi in Episcopos Ecclesiæ: nam eligebantur olim ex ciuibus probatissimis, qui erant optimæ famæ & doctriinæ, sicut nunc Consules eliguntur.

tur: & eligeantur etiam vxorati, & qui habebant fi-
 lios & familiam domesticam. Lyra in glossa inquit,
 quòd sub nomine Episcopi Apostolus etiam intelli-
 gi voluerit Sacerdotes, & è diuerso: nam ad vtriusq;
 officium pertinet superintendere populo, docere, ad-
 ministrare, &cæt. licet hæc officia magis extendan-
 tur in Episcopo, quàm in Sacerdote, eò quòd ille to-
 tam dioccesin, hic autem saltem vnam parochiam ha-
 bet regendam. Est igitur eligendus in Episcopum vel
 in Sacerdotem, qui sit sine crimine, id est, irrepræhen-
 sibilis. dicitur autem irrepræhensibilitas duplex, co-
 ram Deo, & coram hominibus: coram Deo nullus
 mortalium est irrepræhensibilis, iuxta 1. Ioan. 1. Si di-
 xerimus quia peccatum non habemus, &cæt. Aliã
 est coram hominibus vel mundo, quando quis se nul-
 la turpitudine inquinat vel manifesto peccato, aut
 enormi & criminoso se culpabilem facit, vt libidino-
 sum, ebriosum, percussorem, adulterũ, blasphemum,
 sacrilegum, &cæt. Nam qui vult alios docere & cor-
 rigere, & ipsis dicere scelera eorum, iuxta Prophe-
 tam, ipse crimine careat oportet. nã vt Cato inquit.

Eligendus
 primo in
 episcopum
 quis.

Turpe est doctori, quum culpa redarguit ipsum.

Deindè qui sit vnus vxoris maritus, id est, qui nõ
 simul duas habeat vxores, sicuti commune erat apud
 Iudeos & gentiles, quibus hoc liberum erat. Sed vo-
 luerunt sancti patres, maiorem omninò pudicitiam
 habere Sacerdotes Ecclesiæ Christi, prohibuerunt
 ipsis etiam vnam vxorem, vt eo meliùs quæ Domini
 sunt, curarent, non quomodò placerent vxoribus,
 &cæt. Sed quæ scandala postea secuta sint, ex incu-
 ria prælatorum, manifestius est quàm vt hîc referre
 sit opus.

Tertiò, eligendus qui sit ornatus gestibus & mo-
 ribus, per exteriora enim iudicantur interiora. Vndè
 EE dicitur,

- Matt. 5. dicitur, Sic luceat lux vestra coram hominibus &c.
Eccles. 19, Ex visu cognoscitur vir. Amictus corporis
& risus dentium, & ingressus hominis enunciant de
illo. Vndè legitur de B. Ambrosio, quòd noluerit eo
ordinare qui dissolutè incedebant, vestimentis scilicet
lenonijs. Quartò, vt sit pudicus verbis: nam impudicus
oculus & verbum impudicum sunt impudici cordis
nuncius. Vndè verba luxuriosa non decet
Episcopum nec clericum. Quintò, prudens in consilijs
dandis ac regendo populo. Matt. 24. fidelis seruus
& prudens, quem constituit Dominus super familiam
suam. Sextò, hospitalis, qui colligat peregrinos
Christianos, & illis beneficiat, distribuendo
elemosynas: nam quicquid reliquum est bonorum
& vltra necessitatem, id erogabitur in pauperes. Ro-
manor. 12. hospitalitatem sectantes, id est, inuitando
eos scilicet pauperes, qui te reinuitare non possunt.
bona enim quibus vtuntur, Christi bona sunt. Septimò,
non sit vinolentus, nec se immodicis haustus
& certatim ingurgitet vino. Esai. quinto. Vx qui
potentes estis ad bibendum vinum, certantes scilicet
ad æquales haustus, & viri fortes ad miscendam
ebrietatem. Ephes. quinto. Nolite inebriari vino, in
quo est luxuria. Octauò, non sit percussor, ne quem
quam vulneret prouocatus vel verbo vel ira, sed sit
modestus, mitis, & patiens. Philipp. quarto. Modestia
vestra nota sit omnibus hominibus. Nondò, non
cupidus vel auarus, nec vsurarius, aut mercator, nec
turpi lucro deditus, id est, lusor alexæ, taxillorum &c.
Decimò, non sit litigiosus. 2. Tim. 2. Seruum Dei non
oportet litigare, & Matth. quinto, Sit sermo vester
Est est, Non non. Vndecimò, doctus lingua, qui possit
docere subditos & pascere doctrina, & coercere con-
tradicentes hæreticos, eosque contincere sana do-
ctrina: sunt enim plerunque inobedientes, vaniloqui,
& seductores, Tit. primo. Duodecimò, vt ser-
domini

domui suæ benè præesse : nam qui propriam domum non benè regit, quomodo domum Dei, id est, Ecclesiam gubernabit? Igitur si habet filios morigeros & familiam honestam, lignum est, quod & benè gubernabit Ecclesiam. His igitur iam dictis conditionibus Episcopus debet esse probatus, antequam eligatur : non sit neophytus in fide, aut propter aliam aliquam causam, sicuti hodie eliguntur propter munera, stemma, diuitias, fauorem, &c. Evangelicus ergo & Apostolicus Episcopus eligendus est, qui talibus dotibus sit ornatus. Habet & patres suos canones de vita & statu Episcoporum, Sacerdotum & Clericorum, qui si seruarentur, haud dubie aliam faciem haberet Ecclesia.

Tertio, tria debent subditi Episcopo vel Sacerdoti: primò reuerentiam. Nam Episcopus non est minister vel seruus imperatoris vel regis, sed Dei & Iesu Christi. Graue est igitur peccatum, contemnere, deridere, detrahere, in ius vocare, aut tangere sacerdotem vel Episcopum. Ideo Apostolus 1. Tim. 5. inquit: Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Contemptus enim & odium Sacerdotum, ianua est omnium hereseon, inquit Cyprianus. Secundò, subditi debent illis obedientiam Luc. 10. Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. debemus enim illis obedire etiam dyscolis, in omnibus quæ non sunt contra Deum & verbum eius Heb. 12. Obedire prepositis vestris, ipsi enim rationem reddituri sunt &cæt. Tertio, debent illis prouisionem corporalem, 1. Timoth. 5. Qui benè præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt, maximè qui laborant doctrina & verbo, id est, illis ex mandato Euangelij debetur non solum reuerentia, sed etiam prouisio. De ijs qui laborant verbo, dicitur Deuterono. 25. Non alligabis os boui trituranti. & 1. Corinthiorum 9. Qui altario inseruit, de altario uiuet. Et Christus inquit Matth. decimo.

Dignus est mercenarius mercede. non dicit, Dignus est desidiosus sacerdos censibus vel mercede, &c. Dicitur Actor, 20. Attendite vobis & vniuerso gregi in quo posuit vos Spiritus sanctus Episcopos &c. Videant ergo Episcopi, quomodo desiderent Episcopatum, & quomodo ei præsint &c.

CAPVT XVIII.

ARGVMENTA.

1. *Quis sit verus hereticus dicendus.*
2. *Quare Deus permittit hereses fieri per delictes sermones.*
3. *Quomodo sit vitandus hereticus.*



1.

Hereticus est, qui temporalis commo-
di gratia, aut fauoris hominum vel vo-
luptatis siue inuidia, falsas fingit de scri-
ptura glossas, easque defendit pertina-
citer, & facit sibi adherentiam in popu-
lo: hæ causæ potissimum faciunt hæreticum. Sic Ari-
us inuidia contra clerum effinxit nouam interpre-
tationem, & à catholico intellectu alienam, super il-
lud Ioan. 14. Pater maior me est. Sic Zuinglius in-
terpretatur verba Christi, Hoc est corpus meum, id
est, figura corporis mei. Sic Anabaptista ille Balta-
zar Hiebmeier affinxit nouam glossam verbis Chri-
sti, vbi dicit Marci ultimo: Qui crediderit, scilicet pri-
mo, & baptizatus fuerit. Sic Vualdo dixit super illa
verba 1. Petr. secundo. Vos omnes (scilicet baptizati)
estis regale sacerdotium, id est, omnes Christiani sunt
sacerdotes. idem fit apud alios Hæreticos, qui pro-
pria scientia inflati, segregant se à communi Eccle-
sia: Quare Apostolus eos vocat sectas Galat. quinto,
& sic temper peculiarem sectantur opinionem de scri-
pturæ intellectu, quem temerè defendunt: idcò hæ-
retis

refis Græcè, electio Latinè dicitur, quia tales sibi eligunt singularem scripturæ intellectum: & hæc glossa facit eos hæreticos, non scriptura: nulli hæreticorum deest scriptura, sed catholicus intellectus. Tales vocat etiam Apostolus Philipp. primo, canes, eo quia latrant contra veritatem ex ira & invidia: malos operarios, quia sunt destructores honestæ vitæ, & divisores Christiani populi, & sunt quasi vlcus pestilitatis quod hominem interficit: ita ipsi per contagionem lædunt vnitatem.

Secundò, sunt plures causæ quare Deus permittat hereses & schismata: primò, vt probentur electi, sicut dicit Apostolus 1. Corin. 11. Oportet esse hereses, vt hi qui probari sunt, manifesti fiant. Sic etiam docuit Moyse populum Deut. 13 inquiring: Si surrexerit in medio tui propheta &c. non audies verba illius, quia tētat vos Dominus Deus vester, vt palàm fiat, vtrū diligatis eum in toto corde vestro & in tota anima vestra, &c. Ergò qui rectè Deum timent & diligunt, non segregant se ab Ecclesia: porrò permittit Deus hereses ad firmiùs credēdum verbis Christi & ipsius Evangelio, quando videmus sic euenire, sicut Christus & sancti Dei homines prædixerunt. nam Christus prædixit futuros pseudoprophetas Matth. 24. & constantibus in fide promittit beatitudinem: & Apostolus dicit nouissimis temporibus fieri discessionem à fide, 1. Timoth. 4. & in 2. Timot. 3. & capit. 4. prædicit futuros doctores, qui prurientibus auribus dicturi sunt placentia, & facient apud homines contemptum sanæ doctrinæ, & Romanor. 16. iubet declinare qui per dulces sermones seducunt corda simplicium, non Christo, sed ventri suo seruientes. per dulces autem sermones intelliguntur omnia, quæ mundanis placent, vt sunt detractio clericorum, contemptus excommunicationis, licentia vel libertas faciendi quid velint contra disciplinam Ecclesiæ, & similia.

EE ; Deindè

Deindè permittit Deus hæreses ad nostram correptionem, vt vel vitam nostram emendemus, vel diligentiùs scripturam inuestigemus. Ecclesia enim proficit in doctrina per vexationem hæreticorum, sicut docet Augustinus super Ioan. Si enim non surrexisset quondam Arrius, non sic Ecclesia fuisset edocta in mysterio de S. Trinitate: Si non venisset Nouarus, non sic de vera pœnitentia clarè docuisset: si non vexasset Donatus, nec sic vnum tantùm baptisma contra rebaptizatores, asseruisset, &cæt. Est igitur hæresis virga & flagellum Ecclesiæ. quòd si nos emendauerimus, & è sopore ignorantia & ocij euigilauerimus, citò Deus subtrahet flagellum: si autem minus, tunc priuat nos fide & sacramentis, & ea reuelat alienis nationibus, vt ea faciant fructus Euangelij, vt patet in Græcia, quæ ob malam conuersationem & peccatum amisit fidem, sacramenta ac ceremonias, iurisdictionem, politiam & omnia, quia defecit à catholica & Christiana fide. Olim erat flagellum in Anglia Vuicleff, in Bohemia Hus, in Germania Luterus, nunc in Gallia Calvinus: & quia nulla sequitur emendatio, ideò nec cessat plaga hæreseos. Tertio, monet Apostolus Titum tertio cap. hominè hæreticum post vnam aut alteram admonitionem detrahendum esse, quia subuersus est, scilicet à fide & sensu catholica Ecclesiæ. Si furiosum hominem aut infectum veneno pestilitatis fugimus, quantò magis fugiemus hæreticum, qui animam nostram lædit & inficit: nam multùm proficiunt ad impietatem, 2. Thimoth. 2. quorum sermo vt cancer morbus seipit: proprium est illis, vt apud quosuis etiam in conuuijs diffament & detrahant religioni catholica, idèo, vt eis solùm credatur. Iubet itaque Apostolus, vt tales fugiamus, & Christus præcipit cauere & attendere à falsis prophetis, Matth. 7. sed hoc non fit causa, quia eorum sermo inficit & seipit in corde.

rigore

rigorem laxat: quare non excusantur qui dicunt, Audiam illum concionatorem vel illum propter nouitatem, propter inuestiuas contra catholicos &cat. Tenemur itaque cauere illos ex Christi & Apostolorum mandato. Præterea veteres abstinebant à communionem & administrationem sacramentorum apud hæreticos, eò quòd dubitarent apud illos publicos & abscissos hæreticos Dei gratiam in sacramentis esse efficacem, eò quia iubemur illos cauere. Vnde apparet, Deum non approbare ipsorum sacramenta vel administrationem. Et quanquam sacerdotes etiam plerumque sint peccatores & fornicarij, & licet vita mala sit, administratio tamen eorum bona est, & habet efficaciam desuper, & non iubemur sedentes in cathedra vitare & cauere, sicut hæreticos, sed potius iubemur illos audire, & quæ dicunt, facere & seruare: nõ autem ea quæ ipsi faciunt, facere debemus, Matt. 23. deinde illi adhuc sunt in Ecclesia, nec abscissi per heresim, nec excommunicati, & bono iure & legitime administrant in Ecclesia Sacramenta, nec ibi malus aut bonus minister plus aut minus facit, sed Deus efficax est propter suam ordinationem, sicut sol luget super bonos & malos? Hæreticos vt vitemus & caueamus, iubet scriptura, & ne eos audiamus Deuter. 13. At quid hoc aliud signat, nisi quòd illorum administratio vel sacramenta non habet efficaciam, nec gratiam diuinam? neque enim DEVS vult per ista abscissa membra suam diuinam virtutem sacramentorum distribuere: alioqui non prohiberet illos audiri, sed caueri & vitari iubet. Augustinus sentit quòd ab hæretico baptizatus, sit quidem baptizatus, sed virtus sacramenti non accedit donec redierit ad vnionem Ecclesiæ: Sicuti orans in ira vel inuidia, non habet eius oratio vllam efficaciam, nisi prius reconcilietur proximo: ideo baptizatus à schismatico, si eupiat accepti sacramenti virtutem

oportet vt redeat prius ad vnionem Ecclesiæ: sed Cyprianus omninò negauit, posse hæreticos conficere & administrare sacramenta &cet. Qui ergò vult animam suam saluare, caueat sibi ab hæreticis quantum potest.

CAPVT XIX.

ARGVMENTA.

1. *Quare Deus voluit, vt Ecclesia sua haberet scripturam verbi sui.*
2. *Undè certificamur de vero scriptura intellectu.*
3. *An etiam sit aliquid obseruandum in Ecclesia, quòd non sit expressum in scriptura vel Euangelio.*

HOC certum est, quòd primores patres & fideles Dei, Adam, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, &c. non habuerunt aliquam scripturam nec librum scriptum. Nam Deus in cordibus illorum inspirauit eorum voluntatem suam absque scriptura aliqua. Sed quando homines incœperunt fieri carnales, & iuerunt populi gentium idola, & quando varię ortę sunt superstitiones & impij cultus ac antiquę hereses, cõsultuit Deus sic Ecclesiæ suæ, & reuelauit ei voluntatem suam, ac præcepit vt literis conscriberetur, vt esset fidelibus certa fidei suæ forma, essetque scriptura nobis speculum, quo videremus quæ agenda nobis vel fugienda essent, & quomodo pugnaremus aduersus impios idololatrias & hæreticos. Sic dicit Petrus Epistol. 2. capit. 1. Non voluntate humana allata est aliqua prophetia, id est, scriptura, sed inspiratione Spiritus sancti locuti sunt DEI homines. Sic scripsit Moyses li-

ses librum Geneseos cōtra varios errores & opinio-
nes Gētilium, qui dicebant mundum ab æterno fuis-
se &c. Deindè reliquos suos libros de cultu & serui-
tio diuino, præceptis atq; moribus & ritibus. Postea
prophete scripserunt suos propheticos libros, & alij
suos: Tandem post passionem & ascensionem Chri-
sti quindecim annorū interuallo, vt quidam asserūt,
Euangelistæ & Apostoli nobis conscripserunt Euan-
gelium, Epistolas & alia, quibus docemur quomodò
credamus & viuamus. Vndè ait Apostolus Rom. 15.
Quæcunq; scripta sunt, ad nostrā doctrinam scripta
sunt, vt per patientiam & consolationē scripturarū,
spem habeamus, & 2 Tim. 3. Omnis scriptura diuini-
tus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum
in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus
bonum instructus: patet ergo ratio, quare Deus Ec-
clesiæ suæ reuelauit scripturam.

Secundò, Diabolus videns tandem quòd non am-
plius suos errores & falsas ac impias de Deo & rebus
diuinis opiniones in animis hominum confirmare
posset, cò quod homines haberent sacram scripturā,
& eidem antè omnia credebant, & ad normā illius vi-
uebant: ideo sathan aliam viam tentauit decipiendi
homines, nempè per falsam allegationem scripturæ,
quam citabat, & per falsam interpretationem & in-
tellectū, falsam glossam &c, & dicebat per falsos Pro-
phetas, verbum Domini, verbum Domini, Hæc dicit
Dominus &c. qui erat Spiritus mendax in ore ipso-
rum. Vndè Dominus dicit in Hiere. Et prophetabant
in nomine meo mendaciter. Et sic postea excitauit he-
reticos varij generis homines fastuosos, qui æquè al-
legabant scripturam, sed docebant contraria Intel-
lectui Catholico scripturæ, & nec adhuc cessant. Cū
itaq; Sathan ita plurimū noceret Ecclesiæ Dei, Chri-
stus & Apostoli maximè orârunt Deum patrem pro
vnanimi & conformi intellectu fidei & scripturæ.

E E 5

Sic

2.

Hier. 27.

Sic Christus Ioan. 17. pro vnitate mentis, & Paulus Rom. 12. & 1. Corinth. 1. rogat propter nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idem sapiamus omnes. & ad Philipp. 3. vt in eadem incedamus regula, &c. Grauiſſimum enim peccatum eſt ſchiſma ſeu diſſenſio, ita vt Apoſtolus ſectas ſeu ſchiſmata numerat inter peccata mortalia, Galat. 5. Sectæ regnum Dei nõ poſſidebunt. Ideò omni ſtudio & diligentia conati ſunt omnes Orthodoxi patres, vt idem ſaperet populus in re fidei atque Sacramentis: nam hæc vnitas placet Deo, diſſenſio autem & ſectæ placent Diabolo. Et quoniam Apoſtolus monet, ne omni ſpiritui credamus, primo. Ioan. quarto, ſed iubet probare Spiritus an ex Deo ſint: ideò ſancti patres in concilijs multis, vt nos certificarent de vero ac ſano intellectu ſcripturæ, ipſi ſegregarunt erronea & hæretica à Catholica veritate, & certas fidei regulas ac formas præſcripſerunt, quomodò agendum eſſet in ſcripturæ locis dubijs, quomodò exponendi & intelligendi. Vnde Paulus 2. Timo. 2. monet, vt ſollicitè curent rectè tractare verbum veritatis, & hanc formam & ſanum intellectum nobis imitandum propoſuerunt, & talem nobiliorem partem Eccleſiæ, quæ eſt congregatio præſulum & Doctorem in Concilijs, audire tenentur, quotquot non volunt in pernicioſos errores hæreticorum incidere. Non admodum peccat, qui priuatum aliquem Doctorem non audièrit, ſed qui eos audire contemnit, de quibus & de quorum ſucceſſoribus diuina vox clamat: Qui vos audit, me audit: qui vos contemnit me contemnit &c. Ille inquam grauiter peccat, & contemnit Chriſtum, & patrem eius qui eum miſit. Quicūq; ergo vult eſſe certus de vero ſcripturæ ſenſu, hoc quærat ab intellectu patrum & conciliorum: nam Eccleſiæ promiſſus eſt Spiritus S. Ioan. 14. ipſa Eccleſia eſt columna & baſis veritatis, & niſi vniuerſalem Eccleſiam audierimus,

non

non erit finis errorum ac dissensionum. Sint igitur tibi omnes hæretici suspecti. Nam ut Augustinus supra Ioan. ait, omnis hæreticus prædicat Christum qualem sibi fingit.

Tertio, quia certum est quod non omnia dogmata Pauli aliorumque Apostolorum & Euangelistarum literis commendata sunt, & quia Paulus iubet seruari traditiones non solum scriptas, sed etiam per sermonem ad illos factas, secundo Theff. secundo: & quoniam nec hodiè Spiritus sanctus, qui Ecclesiæ in perpetuum est datus, ociatur vel inefficax est, Ioan. 14. idè credit & tenet Ecclesia, etiam pleraque alia, quæ licet in Euangelistis vel in Moysæ scripta non sint, tamen reuelata siue per sermonem prædecessorum, vel per suggestionem Spiritus sancti, planè nobis esse obseruanda sicut secundum conditionem temporum & mores hominum videbantur quædam expedire, quædam vero minimè, sed ut omnia ordine fierent 1. Corinth 14. siue hoc sit in abstinentia carni-um, in modo administrandi sacramenta, in certis ferijs agendis, & alijs Ecclesiæ institutis & cæte. quæ credimus ex suggestionem Spiritus sancti ordinata per patres Ecclesiæ, quantumcunque oblatrent his Hæretici, quod talia in scriptura non habeantur. Præterea articulus ille, nihil esse tenendum in Ecclesia nisi quod expressum fuerit in scriptura, fuit fundamentum fere omnium Hæreticorum, ut Ariannorum, qui dicebant nusquam in scripturis inueniri homousion, Iconoclastarum de imaginibus Vualdensium de Purgatorio, Vuiclesitarum de Missa & Monachatu, Hussitarum de superioritate Papæ, Anabaptistarum de baptizandis infantibus &c. Sed quia ab apostolis proximisque eorum successoribus multa tradita & instituta, licet ab ijs non scripta sunt, ut testatur Damascenus quarto Senten. cap. 4. idè hic non consentit Hæreticis, sed potius ab il-

abil.

ab illis exigit & vrget tota Biblia, quorum auctori-
tati soli fidunt. nam multi libri notantur, qui in Bi-
blijs non sunt, sicut Paulus iubet Colof. vltim. lege-
re Epistolam suam ad Laodicenos. Sed illa nusquam
reperitur, item 2. Machab. vlt. allegatur liber sermo-
num dierum, & 2. Machab. 2. descriptiones Hiero-
commenta Neemiae prophetae. ibidem 5. libri Iasonis
Cyrenaei, item 2. Reg. 1. allegatur liber iustorum, & 3.
Reg. 4. fit mentio de descriptionibus bestiarum, arbor-
rum & herbarum, quas scripsit Salomon. item 2. Pa-
ralipom. liber Achiz Silonitis, & liber Nathan pro-
phetae &c. & Num. 21. allegatur liber bellorum Do-
mini. Hi libri omnes desiderantur, & tamen allegan-
tur. Vnde liquet non integra esse Biblia, & ideo inc-
ptum esse quod aduersarij dicunt, se nihil velle tene-
re aut credere nisi quod in Biblijs contineatur. Nos
verò Catholici credimus Ecclesiae, id est, patrib. no-
stris primoribus, dicente scriptura Deut. 31. Interro-
ga patres tuos, & dicent tibi: seniores tuos, & annun-
ciabunt tibi.

CAPVT XX.

ARGVMENTA.

1. *In quo debeat esse consensus maximè in Ec-
lesia.*
2. *Quòd dissimiles ritus ac caeremonia non pu-
gnant cum Euangelio.*
3. *Quomodo caeremonia & traditiones seruiunt
ministerio verbi & administrationi Sacra-
mentorum.*

1.



V Oniam Apostolus dicit 4. Eph. Vnus
Dominus, vna fides, vnum Baptisma,
ideò solliciti esse debemus conseruat
vnitatē Spiritus in vinculo pacis: qua-
re consensus & concordia potissimū ef-
se debet

sedebet in doctrina Euangelij, & vsu ac dispensatio-
 ne Sacramentorum. Doctrina autem Euangelij hæc
 est, q̄ propter Christum gratis pronunciamur iusti,
 & quòd propter illum accipimus remissionem pec-
 catorum & vitam æternam. Rom. 3. gratis iustificati.
 Actor. 10. & 15. Ioan. 3. Hæc inquam doctrina vnani-
 mi consensu per omnes Ecclesias debet pronunciarī,
 ubi non debet esse dissimilitudo: hæc enim remissio
 peccatorum, vita æterna, exaudito precum, donan-
 tur propter Christum & non propter alia: cò quòd
 Christus ea meruit sua morte omnibus credentibus,
 quæ nullus hominum potuit sibi mereri, quia bene-
 ficium Christi est, & essentialiale præmium omnibus æ-
 quale credentibus, est hæreditas communis, quæ da-
 tur omnibus filijs Dei &c. Igitur qui credunt & filij
 Dei sunt per fidem, Ioan. 1. ex æquo participant hæc
 beneficia Christi, id est, remissionem peccatorum &
 vitam æternam. Opera verò nostra accidentale respi-
 ciunt præmium, quod Deus ex gratia propter Chri-
 stum promisit. 1. Cor. 3. Vnusquisq; mercedem acci-
 piet secundum laborem suum. Matt. 5. Merces vestra
 copiosa est in cœlis. Ioan. 14. In domo patris mei mul-
 te sunt mansiones, &c. Hic in accidentali præmio
 sunt gradus præmiorum, sicut operum fuerunt gra-
 dus: & ad hoc præmium referuntur humana opera,
 religiones, vota, delectus ciborum, disciplina corpo-
 ris, ieiunium, oratio, cæremoniæ, & id genus alia, hæc
 non merentur capitale bonū, id est, beneficium Chri-
 sti, sed fides: hoc iam gratis in Baptismo accepit, sed
 accidentale præmium ex Christi gratia & misericor-
 dia, nihil ex debito, Luc 17. nos serui inutiles sumus.
 Rom. 8. Non sunt condignæ passionis huius tempo-
 ris ad futuram gloriam: debet igitur cōsensus esse in
 tali doctrina Euangelij per omnes Ecclesias. Deindè
 & vsus Sacramentorum, scilicet in Baptismo, Eucha-
 ristia, pœnitentia, habent suam promissionem, & ex-
 p̄ esse

pressè notantur in scriptura. Sic Ordo, id est, ministerium verbi, habet suam promissionem & mandatum, Matthæi 28 Marc. ultimo. Ezechiel. tertio. Sic confirmatio per Euangelium habet promissionem, Matthæi 24. qui perseuerauerit in fide vsque ad finem, &cæt. Sic vinctio Marc 6. & Iac 5. Sic matrimonium Hebr 13 Debet igitur & hic esse consensus in administratione sacramentorum. Nam fides per sacramenta & verbum Dei circa sacramentum vel elementum certificatur de acceptione gratiæ & voluntate Dei erga nos, sicut contractus confirmatur sigillo &cæt. Igitur in doctrina verbi & administratione Sacramentorum debet esse vniformitas, & non dissimilitudo: maximè enim Ecclesiam ædificat & iuuat iste consensus: est autem perniciosissimum conscientijs, dissimilitudinem habere in doctrina & vsu sacramentorum.

2. Secundò, in Ecclesia post doctrinam Euangelij & vsu Sacramentorum, sunt ritus, traditiones & cæremonix, ieiunia, feriæ, &cæt. & illa non sunt ipsa iustitia. Roma. 14. Regnum Dei non est cibus & potus, sed iustitia, pax & gaudium in Spiritu sancto: ideo non est ibi ad eò necessaria vnitas & similitudo traditionum in Ecclesia, quemadmodum est in doctrina & vsu sacramentorum: in fide oportet omnes vnum esse in Christo, Ephesio. quarto. Vna fides, vnum baptisma. Non pugnant ergo cum Euangelio diuersi & dissimiles ritus, quia fides tenet verbum Euangelij & Christum, quibus homo coram Deo pronunciatur iustus. Itaque diuersitas traditionum ac dissimilitudo cæremoniarum non adimit iustificationem, nec tribuit vnitas vel similitudo: fides enim in Christum antecedit, ac habet potissima Quare non debent rixari aut mutuo se condemnare Christiani propter dissimilitudinem rituum, cæremoniarum, &cæt. Sicut olim contigit, cum pontificet

Romani excommunicarunt orientales in Græcia, eo quod alio tempore celebrabant pascha, & abolebant imagines in templis, & utebantur in Missa pane fermentato, & hoc genus alia vsurpabant, sicut hodiè aduersarij calumniantur sal, herbas, aquam benedictam, vexilla, cereos &c. non sunt tamen condignæ causæ de quibus rixemur inter nos Christiani. Quare piè statuit Nicenum concilium, vt quælibet Ecclesia suos veteres mores retineret, nec de ritibus inter se rixentur. & Ambrosius matri Augustini respondit, vt Romæ obseruaret mores Romanos, cum illis ieiunando sabbatho, & Mediolani cū illis more illorum ieiunaret: Et quia nullus Catholicorum habet in istis rebus ac ritibus opinionem iustitiæ, quare tam iniuste condemnantur? Si liberum est obseruare traditiones, nec dissimilitudo traditionum contraria est Euangelio, ad quid ita cauillantur? Et quanuis illa dissimilitudo nihil facit ad iustitiam, nec illi derogat, vnitas tamen maximè habet apud imperitos vtilitatē: maximè enim conciliat & vnitatem retinet similitudo traditionū. Quantum igitur fieri potest, illi similitudini est studendum propter tranquillitatem & pacem Ecclesiæ, propter charitatem & obedientiam & reuerentiam superiorum: idè violatores & cōtemptores similitudinis nihil efficiunt aliud, nisi vt nouitatē inducant, & populum reddant attonitū & ancipitem. Paulus nō volebat in æternum manducare carnes, ne frater offendatur &c. qui tamen sciebat non fuisse peccatū manducare carnes, sed simpliciorum ac infirmorum habenda est ratio.

Tertiò, traditiones & ritus in Ecclesia sunt quasi serui, ad maiestatem faciendam verbo Dei, Sacramētis, ac rebus diuinis. Sic ad decorem & honestatem verbi sunt dies, tempora & loca. Sic in administratione Sacramentorū sunt vestimenta, apparatus ceremoniarum,

30

moniarum, cantus, preces, &c. non superiores, sed fetui: non nucleus, sed testa, qua continetur nucleus; sicut enim venter continet, nutrit ac fouet foetum, ac tandem parturit: sic ordinationes & ritus quauis ipsi non sint pietas, sunt tamen vincula, quæ adiungunt nos sacris, & retinent quousque; parturimur Christo. Si reijcias testam, vbi manebit nucleus? vel quando perueniet ad maturitatem? habemus enim non solum Spiritum, sed etiam corpus, quod trahitur & nutritur ritibus externis, Spiritus autem intus exartatur fide in Christum. Et quoniam licentia seditiosa parit infinita scandala, sectas & factiones: deinde, quod natura hominum carere non potest cæremonijs & ritibus, summo studio amplecti & venerari debemus cæremonias Ecclesiæ: profunt & maximè, si vniformes sint ad disciplinam & tranquillitatem. Saltem maneat finis politicus, & detrahatur illis opinio iustitiæ ac salutis: & sic placebunt Deo, & suis præmissis ac fructibus non carebunt, quatenus iuuant & subserviunt cultui Ecclesiastico, &c.

CAPVT XXI.

ARGVMENTA.

1. *Quàm perniciosum sit dubitare de gratia Dei erga nos.*
2. *Vnde reddamur certi de gratia & amore Dei erga nos.*
3. *Quomodo illa lucta siue dubitatio naturaliter inheret mentibus hominum.*

1.



PO Stulus inquit Rom. 10. ex propheta Ioële: Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Sed quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? quasi dicat, de quo dubitant, an sint in gratia,

gratia, an Deus remittat peccata, an exaudiat & c. Si dubitant, quomodo certa fide inuocabunt illum? nō possunt ergo illū inuocare ij, qui nō certō sibi statuunt se exaudiri. Ideō hęc dubitatio adfert desperationem, odium D E I, & tollit in vniuersum beneficia Christi, & omnem cōsolationem conscientiarum, exercitia fidei, id est, inuocationem, dilectionem, pietatem, deuotionem, & vniuersum cultum. Nam viget dubitatio, vtrum homo apud Deum amore an odio dignus sit. & sic hæret in ambiguo, quōd Deo maximè displicet. Ideō dixit Apostolus generalem regulam Romanor. 14. Quicquid non est ex fide, peccatum est, id est, quicquid non est ex certa fiducia, quōd Deo placeat & gratum sit, peccatum est. Semper ergo statuere oportet nos habere Deum propitium per misericordiam propter Christum, ne quicquam faciamus quod nobis istam fidem adimat, quæ antè omnia est habenda & necessaria magis quam omnia opera, etiam in opere, sic quōd Deo placeamus propter istam fidem, & nō propter hoc opus nostrum: nam fides quæ tenet nobis fore propitium Deum ex misericordia propter Christum, primò personam iustificat & gratam facit, deinde & opus nostrum, quod cerro & Deo placet propter Christum: qui igitur dubitat fide, an sit in gratia, vel an placeant opera eius hęc dubitatio nec personam vel opus iustificat, sed potius deformat ac priuat beneficio Dei, & maximum est peccatum.

Secundò, hoc verum est quōd naturaliter omnium hominum animis hæret hęc dubitatio, an Deus sit nobis placatus, an exaudiat nostras preces: & naturaliter non possunt statuere homines, quōd sibi remittantur peccata & c. Ideō oportet certitudinem ex alio loco accipere ex Euangelio & promissionibus Dei. iubet enim Euangelium nos certō statuere, quōd Deus velit nobis remittere peccata gratis pro-

F F pter

propter Christum. Acto. 10. Huic omnes Prophetæ testi-
 monium perhibent, quòd velit esse propitiu. Ioan.
 3. vt omnis qui credit in nomine eius, &c. & quòd
 velit nos exaudire. Ioan. 16. Si quid petieritis pa-
 trem in nomine meo. &c. His & similibus promissio-
 nibus oportet ceriò credere, quia Deus non potest
 mentiri, Hebr. 6. Matt. 21. Si habueritis omnem fidem
 & non dubitaueritis, non solùm hoc de sicu facie-
 tis, sed etiam si monti huic dixeritis, &c. & quicquid
 petieritis in oratione credentes, accipietis. & Iacob.
 1. Postulet autem in fide, nihil hæsitans. & Roman.
 14. Quicquid non est ex fide, scilicet certa erga De-
 um, peccatum est. Docet enim hoc loco Apostolus,
 quòd in omni vita, in omnibus actionibus hanc fi-
 dem oporteat tenere, quòd Deus verè nobis propi-
 tius sit propter Christum, quodque omnia sibi no-
 stra placeant opera, orationes, ieiunia, continentia,
 eleemosina, laudes, vigiliæ & cultus propter Chri-
 stum. Impium ergo est & grauißimum peccatum,
 non credere verbo ac promissionibus Dei, sed de il-
 lis dubitare. Si pro contemptu reputatur hominis,
 qui cum aliquid dicit ac promittit, ei fides non ha-
 betur: quòd magis contemptus est Dei, si ei qui
 mentiri non potest, fides non habeatur, quando pro-
 mittit vitam æternam & remissionem peccatorum
 propter Christum? Ioan. 3. & 1. Agnus Dei qui tollit
 peccata mundi, quòd promittit exauditionem o-
 rationis nostræ, Ioan. 16. prouisionem, Matthæ 6.
 assistentiam in tribulatione, Ioan. 16. Confidite, ego
 uici mundum &c. Hisce & similibus promissionibus
 & Euangelio non credere, grauißimum est pecca-
 tum. Sic etiam non credere & timere pœnas, qui
 minatur Deus impijs & impœnitentibus, Matthæ. 11.
 & 5. Qui dicit fratri suo racha, &c. qui non remittit
 offensam pximo, Mat. 18, Qui operibus carnis luxu-
 riatur, Luc. 21. 1. Cor. 6. Eph. 5. Est igitur Deus verax.

igitur

Igitur certò credere oportet se esse in gratia & exaudiri à Deo, dum credit & pœnitet: è diuerso certò credit peccator, quòd ira Dei maneat super eum quandiu incessanter peccat, nec scripturam curat, Euangelium ergo nobis hanc præstat certitudinem atque Dei promissiones. Si quis igitur negat Deum velle exaudire, velle saluare, velle ignoscere, is negat Deum veracem vel constantem esse.

Tertiò, tametsi reipsa experimur omnes, quòd nesciamus neq; pro certo statuere possimus nos in gratia esse, eò quòd naturaliter nobis inhæret hæc dubitatio, non tamen hîc quiescere debemus, sed perpetuò certare contra hanc hæsitationem fide Euangelij & promissionum Dei: hæc promissio Euangelij causa & obiectum est certitudinis, quia Deus promisit hæc propter Christum: fides ergo erigenda est verbo Euangelico & exercenda contra talem dubitationem, & sic illi datur occasio: oportet vt fides penetret naturalem rationē, & firmissimè tenere in omnî euentu, Deus est verax, ipse dixit, ipse promisit: idè si certò credam & pœniteam, sic eueniet: & hoc cum fecerimus, experiemur diuinam consolationem & adiutorium. Rom. 8. Ipse Spiritus assistit Spiritui nostro, clamans, Abba pater, & hanc fidem docet & exigit Euangelium, & idè quotidie prædicatur Euangelium, vt hæc fides acquiratur. Qui igitur dubitat, is totum Euangelium reijcit, Christum & Deum mendaces facit. Sed inquis: Cur sapiens Eccles. 9. dicit, Viuit homo & nescit vtrum amore an odio dignus sit, Omnia in futurum seruantur incerta? Vnde homo certus esse nequit. Respon. Sapiens hîc non de fide Euangelij loquitur, sed de cursu & rebus mundi. Hîc in terra boni cum malis ex æquo sentiunt incommoda in corpore, in rebus, fortuna &c. infirmatur, depauperatur, tribulatur malus & iustus & pius, qui tolerat mala & bona huius vitæ præ-

sentis. Deus hoc sic permittit, & sic nescit homo, dum viuit, quantum ad euentum rerum in mundo, an amore vel odio dignus sit: sed aliud est de fide coram Deo propter Christum: hic Christus pignus est certum promissionum, Deus mentiri non potest: igitur ipsa promissio Dei facit me certum de gratia Dei, deinde etsi tribulationes & mala huius mundi fidelis æquè ac infidelis patitur, hoc tamen non efficit peiorem fidelem, sed Deus exercet & crucem imponit, vt peccatum in carne eradicetur: reseruat autem ipsi gloriam æternam atque coronam, quam expectare non potest infidelis ac impius. Non ergo de gratia Dei dubitemus, sed certemus contra hanc heculationem. Nec oportet respicere ad nostram dignitatem, dispositionem vel indignitatem aut inutilitatem. Fides oportet simpliciter hæreat & dependeat à verbo promissionis diuinæ, quia Deus sic præcepit, sic promissit. Dauid inquit, iurauit Dominus & non pœnitebit eum, &c. Ideò sic faciet propter filium suum ex misericordia, tamen hæc fides non poterit esse sine pœnitentia in Dei misericordiam, vt aliquid accipiat promissum, inanis est. pœniteat ergo peccator Christianus, & firmiter credat se hæc consecuturum propter Christum.

Psal. 109.

CAPVT XXII.

ARGVMENTA.

1. *Quomodo totum Euangelium nos ad tria admonet, scilicet, ad fidem Christi.*
2. *Ad dilectionem DEI & proximi.*
3. *Ad crucem seu aduersitatem patienter tollerandam propter nomen Christi & veritatem.*

Scriptura



Criptura sic nos ad fidem in Christum vocat, quia omnes concludit sub peccato, & quatenus omnes sumus natura Filij iræ, Eph. 2. In peccatis enim concepti & nati sumus, Psal. 50. Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, 1. Ioan. primo Omnes ergo sumus peccatores, & nemo hominum seipsum iustificare potest à peccato, & ne quidem Angelus, cō quod peccatum est commissum vel offensio contra Deum infinitum bonum, contra eius præceptum & voluntatem per primos nostros parentes, Genes. 3. Hoc primum proponit scriptura peccatori: Deinde eidem ostendit, quis sibi poterit opem præstare aut iustificare, & peccata nostra tollere, nimirum Christus filius Dei, qui est agnus Dei innocens, occisus pro peccatis totius mundi, vnicum precium, & sacrificium pro peccatis omnium hominū in se credentium, cuius mors ita efficax est, si cui distribuitur, vt prorinus & quidem gratis tollat peccata mundi, Ioan. 1. modo quis in eum credat, & ipsum pro saluatore suo agnoscat, recipiat ac veneretur: ipse enim mortuus est pro peccatis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram, Romanor. 4. Igitur quicumque vult iustificari purificari & à peccatis saluari, is oportet vt veniat fide ad Christum, & corde atque ore confiteatur, Romanor. 10. & iustificabitur gratis sine proprio merito ab omnibus peccatis. Nemo iustificabit se suis meritis, sed ex mera gratia DEI propter Christum, sicuti patet in baptismo, vbi iustificamur & certificamur de accepta gratia: & quod omnes remissionem peccatorum accipiunt propter nomen eius: nisi enim Christus filius Dei venisset, & precium pro peccatis nostris se obtulisset, nemo vnquam saluaretur. Ideo omnes sancti, martyres, confessores, non propter sua martyria vel tormenta vel

iustitiam propriam saluati sunt, sed propter nomen Iesu Christi per sanguinem eius: ille solus & vnicus mortuus est pro peccatis totius mundi, & est propitiatio, 1. Ioan. 2. Igitur ad hanc fidem Christi vocat nos scriptura Ioan 3. Act 10. &c.

2. Secundo, Euangelium admonet nos post acceptam gratuitam iustificationem de lege charitatis, vt & illam quam maximè obseruemus: non vt inde iustificationem mereamur, quam iam gratis in baptismo per fidem accepimus, sed potius vt illam retineamus & augmentemus, quatenus promissio salutis quam nōdum in re habemus, sed spe, efficaciter nobis sit: alioqui si hanc charitatis legem non habuerit, quia Diligo Deum super omnia, qui tanta mihi gratuito cum filio dedit: deinde proximum propter Christum, & illi prestitero propter Christum, sicut Christus propter me fecit: si verò peccauero, & secundum carnem vixero incessanter, non erit efficax promissio salutis in me, nec Deus mihi distribuet salutis beneficia, licet hæc dilectio causa non sit, sed sanguis Christi propter quem salus distribuitur credentibus. Ideò scriptura post fidem maximè inculcat dilectionem: hæc autem dilectio quando non adesse, testatur nec fidem adesse aut iustificationem, quia Apostolus dicit 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem, omnem prophetiam, ita vt montes transferam de loco &c. charitatem autem non habeam, nihil sum. & 1. Ioan. 4. Si quis dicit, diligo Deum &c. Quare dilectio maximè & quidē necessariò exigitur post fidem, quia est impletio legis, Rom. 12. & omnium bonorum operum. Sed inquis, Quid est charitas, quòd adeò necessariò exigitur post fidem? Respon Charitas virtus est, quam donat Spiritus sanctus homini propter fidem in Christum, qua diligitur Deus super omnia, & proximus propter Deum: ideò Apostolus ad Gal. 5. vocat charitatem fructum Spiritus sancti, & 1. Cor. 13. de

13. describit proprietatem charitatis, qualis esse de-
 beat in homine, & dicit primò: Caritas patiens est,
 in aduersis: cogitat, si Deus pro te tanta passus est,
 patere & tu hoc propter ipsum, quia scriptum est,
 Beati qui persecutionem patiuntur &c. Matthæi 5.
 Quia autem nullam habet patientiam, is quoq; nul-
 lam habet charitatem: deindè, benigna est, neminem
 contemnit, sicut Christus non reiecit peccatores, sed
 cū illis manducauit: tertio, non æmulatur, id est, non
 est inuidia, **neidisch**/sed fauet proximo in omni-
 bus, sicut Deus illi fauet: non agit perperam, id est, oc-
 cultè prodendo aut decipiendo: nō est ambitiosa ver-
 bo & gestu, non inflatur vt reputet se maiorem ha-
 bere iustitiam, aut scientiam quàm cæteri: non quæ-
 rit quæ sua sunt, sed Dei honorem & proximi utilita-
 tem: non irritatur, scilicet vt percutiat, vulneret, ma-
 ledicat, insanit contra proximum: non cogitat ma-
 lum, id est, vindictam, nec minatur aut struit insidias:
 non gaudet super iniquitate vel damno aut infortu-
 nio proximi sui, sed congauet veritati, vbi Dei glo-
 ria prædicatur, & proximi utilitas quæritur: omnia
 suffert propter Christum, omnia credit: non est per-
 tinax in sua opinione, vel suspiciosa: omnia sperat
 sine dubio consequi, quæ à Deo promissa sunt: om-
 nia sustinet propter Dei gloriam & proximi commo-
 dum &c. Sic Apostolus declarat effectus & fructus
 charitatis, ad quam charitatem maximè nos vocat
 scriptura & Apostolus, vt sine illa prorsus inanis sit
 & vacua fides nostra apud Deū. Igitur illa fides quæ
 per hos fructus dilectionis erga Deum & proximum
 nostrum operatur, nos saluat, & Deo placet, Galat. 5.
 non circumcisio neque præputium &c. In hac dile-
 ctionis lege iam totus mundus languescit, omnes in-
 ani illa fidei iactantia pleni sunt, & dicunt se Euan-
 gelicos, cū tamen alteram partem scripturæ, id est,
 dilectionem, non habeat in opere: vndè fit, vt etiã pia

opera negligantur, & certum est signum, propè futurum diem nouissimum, quoniam abundat iniquitas, refugescit charitas, vt dicitur Matthæi 24. Vnde clara est sententia Ioannis Apostoli, 1. Ioan. 4. Si quis dicit quoniam diligo Deum, fratrem suū odij mendax est Quemadmodū igitur impossibile est placere Deo sine fide, Hebr. 11. ita nemo ingredietur regnum cœlorū, qui non dilexerit Deum & proximum, & obseruauerit mandata: vnde iubet reconciliari fratri, Mat. 5. remittere offensam, Mat. 6. &c. Hæc quoque charitas cōmonstrat, qui sint veri Euangelici, nō qui ore iactant fidem, sicut dicit Christus Mat. 7. Multi dicent mihi in die illo, Domine Domine, rōne in nomine tuo prophetauimus, demonia eiecimus? &c. & dicet eis, Nescio vos. sed qui charitatē præstant proximo, igitur iā videmus quales sint pleriq; Euangelici.

3: Tertiò, vocat nos scriptura ad crucem tolerandā, eò quod dicit Christus Ioan. 16. In mundo persecuti habebitis & Paulus. Omnes qui piè viuere volunt Christo Iesu, persecutionem patientur. Sed crux illa nobis erit suauissima, si nobis fuerit imposita propter Christi nomen, iustitiam & veritatem. Nam Christus ait Matth. 5. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlo. Igitur quisque crucem suam tollere debet & Christum sequi, sicuti Deus imposituerit cuiq; & hoc quidem patienter & voluntariè &c. Nam hæc potissima sunt opera Christiani, credere, diligere, & crucem patienter ferre: quicumq; hæc præstiterit, is iactet se tum Euangelicum hominem, & fidat Deo per Christum, & non frustrabitur. Si autem solum vult fidere sine dilectione & suis fructibus, nec crucem cum Christo ferre, nihil proderit hæc fiducia. Necessariò igitur sequitur dilectio fructus, quæ est finis legis: quæ si non sequitur, nec iustificatio retinetur. Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini &c.

CAPVI

CAPVT XXIII.

ARGVMENTA.

1. *De securitate in populo hisce temporibus.*
2. *De duplicibus peccatoribus in mundo.*
3. *De carnalibus & Euangelicis malis hominibus.*

Magna securitas his temporibus in populo exorta est, vt amplius non timeant Deum, eiusque occulta iudicia, nec curant benè viuere, sed se fore saluos per inanem fiduciam ad Deum per Christum, & semper in ore habent Dei misericordiã propter Christum, viuunt interim carnaliter & plusquã gentiliter sine omni timore eiga Deum: & certè sic homines hodiè viuunt, nullum timentes periculum futurum, non aliter quã in diebus Noë erant homines edentes, bibentes, nubentes, & cetera. quousque Deus iussit Noë intrare arcam, Matth. 24 Gen 7. Notandum etiã quòd duplices sunt peccatores in mundo, secundùm Apostolum 1 Corinth 5. Primi dicuntur peccatores huius mundi, id est, mundani, fornicarij, adulteri, auari, idololatræ, raptores, blasphemij, & cetera. In summa, omnes illi qui non sunt in Ecclesia Christi congregati, siue fuerunt gentes, siue Iudæi, & de illis qui totis sunt, inquit Apostolus, Iudicabit Deus, & Christus breuem tert super illos sententiam Ioan 3. Qui non credit, iam iudicatus est, id est, condemnatus ad æternam damnationem, licet adhuc super terram uiuat, sicuti homicida viuens, & in carcere positus, iam iudicatus est, id est, certissimum ei erit quòd ad mortem dijudicabitur. Illis peccatoribus extra Ecclesiam in præsentem dat Deus cuique secundùm iustitiam carnis hinc temporaliter: nihil autem in futura vita eos manet, nisi pœna & dãnatio eterna

quæ etiam iuxta gradus peccatorum plùs vel minùs pœnarum habebit. Hos nobiscum nutrit & permittit Deus viuere temporaliter, & solem suum atq; pluuiã donat, Matt. 7. quia vnà sicut nos, creaturæ Dei sunt, redempti quoq; sufficienter sanguine Christi, atq; ad salutem renati. Sed quoniam contemnunt Christum & nolunt illum regnare in se, Luc. 19. nec in illũ credunt, fiet illis secundũ verbum Christi, Matt. 20. & 22. Multi sunt vocati, pauci verò electi.

2. Secundò sunt peccatores in mundo, quos Apostolus vocat quòd intùs sint, id est, in Ecclesia Christi, 1. Corinth. 5. licet tanquàm putrida membra, & sunt illi qui Christo fidem fecerunt in Baptismo, vt in illum velint credere, eumq; recipere vt Saluatorem & Deum, nullumq; alium quærere, neque aliam salutis viam nisi per ipsum, qui est via, veritas & vita, Ioan. 14. Deindè promiserunt Christo, se velle recusare pompis Diaboli atque eius operibus, non illis obedire, id est, superbix, auaritiæ, luxuriæ, &c. neque opera carnis perficere, Galat. 5. Sed potiùs illa mortificare in membris suis, atq; viuere secundũ Euangeliũ Christi, eiusq; præcepta seruare & cat. & quia hoc promiserunt Christo, idè remisit illis peccatũ, deindè dedit donũ maximum spiritum sanctũ, & promisit illis vitã eternam: & id per Sacramentũ Baptismi, tanquàm sigillum & pactum, inter Deũ & hominem confirmatum est, ita quòd Baptismus est signum fœderis vtriusque promissi, tam Dei quàm hominis, vt perpetuò & irreuocabiliter obseruetur, vt etiam si peccator ceciderit, attamen si per pœnitentiam veram redierit, & cassauerit à peccatis, iterũ reconciliari poterit, eò quòd hoc signum durat secum vsque ad mortem, scilicet Baptismus: non enim vult reuocare & cassare Deus, quod semel promisit, modo te agnoscas, & redeas, & peccare desistas, Deumq; timeas. Ex quo patet primò, quòd grauiùs peccat

malus

malus Christianus eodem etiam genere peccati, siue illud fuerit superbia, furtum, adulterium, idololatria, discessio à fide Ecclesiæ &c. quâ mundanus peccator, id est, Gentilis vel Iudæus: nam is non fecit talem promissionem & votum Deo, nec Deus ipsi hoc promisit quod baptizato. Igitur malus Christianus multo peior est & grauius peccat, quàm infidelis: & hæc ratio est, quòd adeò grauiissimas & horribiles comminationes Christus facit ciuitatibus quibusdam Matt. 11. Væ tibi Corozain &c & tu Caphernaû, quæ ad cælum vsque exaltata es, vsque ad infernum descendes: Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes &cæt. Veruntamen remissiùs erit terræ Sodomorum & Sidoni in die iudicij, quàm tibi. Ecce horribilem sententiam, quòd infideles remissiùs habebunt, quàm nos Christiani, si non iuxta promissum nostrum, obedientiam Euangelij fide & vita præstiterimus. Prætercà Diabolus omnem lapidem mouet, ut quis efficiatur Deo periurus in Baptismo: vndè tanquàm leo circumit, querens quem deuoret, 1. Petr. 5. Nò cessat à tentandis baptizatis, quandò nec Christus ab illo post baptismû potuit esse liber, Matt. 4. cû etiã in deserto illum aggressus sit, non in domo conuiuij vel in ciuitate, sed in deserto: adeò malè ipsum habet quòd expulsus est per fidem Christi in Baptismo. Ideò redit sæpè ad illos, si quos viderit recidiuantes & impœnites, ac in tali obstinatione conseruat: & si vnus deficit, assumit septem nequiores se, & cû illis inhabitat, & sic fiût nouissima hominis peiora prioribus Mat. 12. Ex hoc patet, vndè sit quòd communiter peiores sunt pijs Christianis Apostatæ, ut Julianus Cæsar Apostata Christianis, hæretici Catholicis: nam agitantur sessoro diabolo, cuius equi facti sunt mali Christiani, ut inquit Origenes. Ideò impetum faciunt in Christianos. habent Diabolum hæretici in lingua, inquit Cyprianus: indè est quòd
 sic con-

sic conuicijs inuehantur contra Christianos: quan-
 dō ergō sic in sanire videmus hēreticos, debemus De-
 um timere, ne propter peccata nostra sinat nos cade-
 re: etiam credere, & rogare Deum, vt tales liberet
 potestate Dēmonis, quos sic captiuos tenet ad suam
 voluntatem explendam, 2. Timot. 2. & hinc est quod
 rarō hēreticus conuertitur, quia est captiuus & sub
 iugo Diaboli, eruntque in futura vita peiora omnia
 malo homini Christiano propter ingratiudinē: qua-
 re rectē admonet Petrus, 2. Petr. 2. quōd melius fo-
 ret, talem non agnouisse veritatem & cēt. Insuper &
 Christus, sicut pronus & mitis est ad miserandum &
 condonandum, sic quoque iustus erit & austerus ad
 puniendum, non dicit se solū velle remittere pec-
 cata, & gratiam atque cœlum dare, sed etiam dicit se
 redditurum & iudicaturum vnumquemque secundū
 opera sua, Matth. 16. est enim Saluator & Iudex: ideo
 prēmia & pœnas decernit. Ioan. 5. qui bona fecerunt
 &c. & Matth. 25. Ite maledicti nō solūm exigit fidem,
 sed & obedientiam Euangelicorū mandatorum: non
 vult esse contentus, si dicas, Domine Domine: Sed
 vult etiam, vt fiat voluntas patris, Matth. 7. vtrunque
 exigit, non solūm verbum, vt promissio salutis sit ef-
 ficax, qua se donaturū promittit pro obediētia Euan-
 gelij: etsi illa non mereatur neque causa sit, sed mortis
 sua, qua hoc semel meruit &c.: Insuper quotidie cla-
 mat ad nos scriptura, quatenū venturus sit iudica-
 turus in tribunali, & daturus cuique non solūm se-
 cundūm fidem, sed etiam secundūm opera: & maxi-
 mē inculcat bona opera. Igitur si obedientia illa pre-
 ceptorum atque Euangelij non sequatur fidem, neque
 vitæ emēdatio, sola illa fiducia in Deum ac mortem
 parūm proderit: immō nociuius tibi erit, si maximē
 ex libertate & securitate carnis peccaueris. Ioann. 5.
 inquit Christus ad sanatum hominem: & ecce sanus fa-
 ctus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid con-
 tingat.

tingat. Non igitur solùm damnantur, qui non cre-
dunt, & extra Ecclesiam sunt peccatores, sed etiam
qui intus sunt in Ecclesia, quorum fides mortua est:
illis multò deterius erit: hæc nos merito terrere de-
bent, ne in lasciuam carnis trāsferamus Christi be-
neficia. Grauius peccat Euangelicus adulter, fur, ho-
micida, &c. quàm mundanus & infidelis adulter, ho-
micida, &c. Nihil prodeit iactare Christum ore, &
vita atque factis eum negare, ad Titum 1. Magna pro-
missum in baptismo, inquit Augustinus, sed maiora
obtinemus: nemo igitur mittens manum ad ara- **Luc 9.**
trum, & retrospectiua, aptus erit regno Dei, &c. Si
quis ergò peccauit, redeat ad pœnitentiam, & repe-
riet misericordiam. Quàm grauius Deus irascatur
his peccatoribus, qui gratuitam gratiam non reti-
nēt, Iudas Apostolus in sua Canonica testatur, & ex-
emplificat de Angelis in cœlis, Esa. 14. De filiis Israël
in deserto, qui iam exierant Aegyptū & liberati fue-
rant è manu Pharaonis, qui prostrati sunt propter
peccatum in deserto, Num. 11 & 25 & de Sodoma quę
abundantiã beneficentię Dei accepit in omnibus fru-
ctibus, Gen. 13. Vt igitur illi oēs grauius puniti sunt,
sic etiã grauius punietur qui non retinuerūt acceptū
Christi beneficiū. Deindè tales iustificationē perden-
tes, peiores efficiuntur, ita vt perindè illis sit, ac si nun-
quã recesserit Diabolus, & nunquã fuissent iustifi-
cati: id Apostolus ibidem exemplificat de Cain Gen. 4.
Balaam, Numero 22. & 23. & 24. & Chore, Numer. 16.
qui contra apertam conscientiam peccarunt & con-
tra veritatem: nihil igitur proderit accepisse iustitiã,
nisi quoq; retineatur: alioqui sunt nubes sine aqua,
arbores sine fructibus, fumus sine igne, sidera erran-
tia: quales sunt Christiani per plurimi solùm nomi-
ne, qui viuunt genialiter secundum desideria carnis,
& volunt tamen vocari & mereri cœlum, sicut cate-
chizati boni Christiani. Caueamus igitur & timeamus:
nam

nam

nam veniet Dominus ad iudicium & cetera. sicut prophetauit Enoch.

CAPVT XXIII.

ARGVMENTA.

1. *De hoc seculo quòd non timeat Dei iustitiam & extremum iudicium.*
2. *De timore Dei & iustitia ante oculos habenda.*
3. *De magistratu, quòd non puniat delicta populi.*



Experientia docet, quàm sit hoc seculum sine omni timore Dei, solumq; iactans misericordiam, fidem Christi & merita eius: verùm vita & moribus non timet Deum offendere, neq; putat Deum vlcisci peccata, sed solùm esse misericordem ob Christi satisfactionem, & non ampliùs peccata punientem: æstimat autem se adedò iustum & iam saluum, nò ponderans quòd beata virgo canit Luc. 1. Et misericordia eius à progenie in progeniem timentibus eum: timentibus dicit, non liberè & lasciue viuentibus. Et Exod. 20. Ego Deus faciens misericordiam in mille, qui seruant præcepta mea. Pro quo notandum, quòd postquàm Deus creauit hominem, posuit illum in Paradisum, Genes. 2. Creauit autem illum in originali iustitia sine omni macula & peccato in perfecta innocentia: deindè, quatenùs illam innocentiam & originalem iustitiam seruaret & non perderet, dedit illi præceptum, ne de ligno scientiæ boni & mali comederet, non vt obseruatione illius præcepti mereretur iustitiam originalem, quam iam gratis acceperat in creatione, sed vt illam retinerent vnà cum vita naturali: adiecit quoque minas, inquiens: Quacunq;

die comederitis de arbore ista, moriemini &c. In creatione exhibuit gr̄tis misericordiā, in præcepto munivit eius iustitiam: gratuitò igitur accepit homo vitam & originalem iustitiam, quæ mereri non potuit: iussit quoq; Deus retinere, & dedit quoq; adiutoriū Spiritum sanctum. Sed quoniā homo hæc omnia contempsit, & potius malo spiritui quàm Deo obediuit, expulsus est extra Paradisum, addictus æternæ damnationi & morti: & nisi Deus pater ex misericordia sua misisset saluatorē Iesum Christū, nemo fuisset saluatus: tam austeram fuisset Dei lata sentētia & iustitia.

2.

Et quoniam Deus primo homini non pepercit, quem gr̄tis sic ornauit originali innocētia &c. multò minùs parcat Dei iustitia impijs illis, qui non solum vitam naturalem habent à Deo, sed etiam sunt abluti semel & sanctificati sanguine Christi, i. Corin. 6. iustificati & redempti semel, si non obederint Euangelio, si in peccatis vixerint impœnitentes, vel potius abusi fuerint gratia Dei, illos manet Dei iustitia & iudicium certissimum, non iuuabit vel liberabit eos vana fiducia quam iactant: vt enim nō profuit Adę sua innocentia dùm peccauit, sed illam perdidit, & in manus Domini incidit: Sic nec baptizatus gaudebit de accepto Baptismo, fide, &c. si Deum non timuerimus, eiusque præcepta sancta Euangelica custodierimus. Timor Domini odit malum, Prouerb. octauo. Ecclesi. i. Initium sapientiæ timor Domini, pater familiās custodit domum, ne fur veniat & effodiat thesaurum &c. Matth. 24. quantò magis nos timere debemus, ne perdamus iustificationem, & incidamus in manus Dei, quod est horribile? & hinc est quod Christus admonet Ioannis quinto sanatum hominē, vt nō ampliùs peccaret, ne sibi deterius quod cōtingat. Et Apostoli quoties nobis proponūt, quatenùs iustificati sumus fide per sanguinem CHRISTI, statim adiun.

Rō 5. & 6.

adiun.

adiungunt, vt seruiamus iustitiæ, & illã retineamus. Sic Hebr. 9. Si sanguis hircorum &c. ad seruiendum Deo viuenti, non peccatis & i. Pet. 2. cuius liuore facti sumus, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Corin 5. Pascha nostrum immolatus est Christus &c. Itaq; epulemur, non in fermento veteri &c. ad Rom. 8. Si secundum carnẽ vixeritis, moriemini. & in summa, Quid aliud est totum Euangelium nisi quòd docet primum credere in Christũ, quatenus per illum iustificemur, deindẽ seruire media & præcepta Evangelica, quibus non meremur iustificationem, sed retinemus? Qui ergò nunc sine timore viuunt, putantes se iam saluos sola inani & sterili sua fiducia, i. falluntur & errant. Quare tamen si gratis simus iustificati ex misericordia Dei, propter Christum in quem credimus, deindẽ vocati ad vitam æternam propter eundem Christum, non tamen securi esse debemus, & sine omni timore Dei viuere, aut solam misericordiam sperare, & non quoq; timere Dei iustitiam, quia non tardat iustitia Dei vindicare impietatem ob iustitiam qui abutuntur sua misericordia: habet enim grauissima & terribilia exẽpla vindictæ & iustitiæ Dei scriptura, quæ nos merito cõ mouere debent ne nimium securi simus. Sed Deum timeamus omni tempore, etiam iã iustificari. Et primo quàm vindicãrit Deus fidei inconstantiam atque alterationem, patet Exod. 32. in adoratione vituli, vbi Deus 23. millia hominũ per Moysen iussit occidi. Deinde in rege Ieroboam, qui erexit vitulos duos aureos, facit nouum cultum & sacerdotes de nouissimis populi, vnde tota eius domus deleta est, 3. Reg. 14. Etiam in Chore, Dathan & Abiron, qui in re Ecclesiastica volebãt esse pares Moysi & Aaroni, vnde eos terra deglutit. & Helias maximè arguit populum claudicantem in vtranque partem, 3. Reg. 18. Ozias volens offerre incensum, 2. Paral. 26. Deindẽ quid templi spoliatoribus contigit & pr.

& primùm Antiocho, 2 Mach. 9. Baltasari regi, Dani. 5. Heliodoro, 2. Machab. 3. & cæt. & Christus eiecit eum & vendentes de templo, quòd hodiè etiam puniuntur peccata sacerdotum in destructione Ecclesiarum atq; cultus diuini. Insuper magistratus nõ puniens delicta populi, & negligēs officium regiminis ad quod euocatus est, punitur, Num. 25. Superbia regentium etiã punitur in populo, 2. Reg. 24. septuaginta duo millia hominum peste ociosi sunt propter superbiam Dauidis, ob murmur quoq; & inobediẽtiã populi atq; subdiaconorum percussit Deus sexcenta millia virorum, exceptis paruulis & seruis eorũ, præter Iosue & Caleb, Numer. 14. serpentibus læduntur, cap. 21. Maria lepra percutitur, cap. 12. punitur & negligentia correptionis filiorũ, 1. Re. 2. & 4. de Heli, de quadraginta pueris qui lacerantur ab vrsis, 4. Reg. 2. Itẽ blasphemus lapidatur Leui. 24 & temerãs Sabbathum, Num. 15. adulter lapidatur & c. Leui. 20. Huiusmodi punitiones & cõsimiles tradit scriptura infligendas fuisse populo ex iustitia Dei, qui licet credebant vñ Deum viuẽtẽ, & erant in via ad terram promissam, quia tamen sine timore Domini vixerunt & peccarunt, ideò puniti sunt, & id quidẽ nobis in exemplum, qui in finem seculi peruenimus, 1. Cor. 10. Sed inquis: hæc sunt exempla veteris legis, quando nondũ Christus fuit natus, tunc nondũ fuit reuelata & exhibita Dei misericordia propter Christum, sicut nunc est in nouo testamento: iam sola fiducia misericordię ad Deum per Christum omnia tollit & c. Resp. Nos meritò Deum timere debemus, & cauere à peccatis, nec securi esse, quia baptizati sumus, & Euangelium habemus & redempti sumus propter Christũ: hæc nihil nobis proderunt, nisi peccata fugerimus, & obediẽtiam præstiterimus Euangelicis præceptis: nã ipse Christus dicit Mat. 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, sed qui fecerit voluntatem patris

mei, & ibidem cap. 11. Væ tibi corozain &c. & de omni verbo ocioso reddenda erit ratio, & cap. 19. de Diuinitate & obseruantia præceptorum, & 23. de vae Pharisæorum &c. atq; in pluribus alijs locis satis committitur natur suam iustitiam peccantibus & impœnitentibus, & Apostolus sepè ac plurimis in locis minatur 1. Cor. 6. Neq; fornicarij, neq; idolis seruietes, neq; adulteri, neq; molles &c. neq; maledici, neque raptores regnũ Dei possidebunt, & Eph. 5. Hoc scitote intelligentes &c. item Gala. 5. Manifesta sunt opera carnis, inimicitia, fornicatio, veneficia, cõtentio, iræ, rixæ, dissensiones, homicidia, ebrietates, sectæ, & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Ephe. 5. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hæc enim venit ira Dei in filios dissentiæ. Nolite effici participes eorum, ecce apertè prædicit Apostolus, quod in tales peccatores venit ira Dei, qui talia vitia perpetrarint. Non igitur Euangelium est solus sermo de misericordia & gratia & remissione peccatorum, sed etiam sermo de iustitia & austeritate atque iudicio & damnatione impiorum: nam idem ille Christus qui dicit, credite Euangelio Mar. 1. is quoque dicit, pœnitentiam: & si vis ad vitam ingredi, serua mandata, & idem Christus qui dicit Ioan 3. Vt omnis qui credit in illum, non pereat: dicit etiam, Ioan 5. Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum. Pronunciat igitur Euangelium misericordiam pœnitentibus & credentibus, sed iustitiam & iudicium impœnitentibus & peccatoribus. Ergo non sumus nimium securi, neque timorem Domini ab oculis seponamus: nam licet sumus iustificati semel, nisi tamen illam virtutibus retinuerimus, non præderit.

CAPVT XXV.

Martini

Multi carnales hodiè putant se per fidem
 ad eò iustificatos & sanctificatos esse, vt
 vltiorem sanctificationem acquirere
 nō sit opus, & inani fiducia fidei in Chri-
 stum gloriantur ita se sanctos esse & iu-
 stos, & quali æquales esse virgini Mariæ, Apostolis &
 ceteris martyribus, & quauis in suo loco fides iu-
 stificet ac sanctificet, iuxta illud, Sanctificati estis in
 nomine Domini nostri Iesu CHRISTI, sola tamen
 illa sanctificatio non proderit. Pro quo notandum;
 quod scriptura commemorat duplicem sanctifica-
 tionem, quarum vna diuina dicitur, qua gratia Dei
 propter Christum sanctificamur, id est, sancti reputa-
 mur à Deo propter fidem in Christum, sicuti dicitur
 i. Corinth. primo. Qui factus est nobis sapientia à
 Deo, & iustitia, & sanctificatio atque redemptio, vt
 qui gloriatur, in Domino gloriatur. Hebræor. nono:
 & ad Ephe. primo. Elegit nos in Christo ante consti-
 tutionem mundi, vt essemus scilicet sua virtute & mi-
 sericordia sancti & immaculati in conspectu eius, &
 vt laudetur gloria gratiæ suæ, & ad Tit. secundo. Ap-
 paruit gratia Dei saluatoris nostri, qui dedit semet-
 ipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniqui-
 tate, & mundaret sibi populum acceptabilem. San-
 ctificati igitur & abluti estis per nomen Domini no-
 stri Iesu Christi, i. Corinth. sexto. Est autem hæc san-
 ctificatio aliud nihil, nisi remissio peccatorum & do-
 natio Spiritu sancti, qui reliquias peccati in carne
 mortificet atque penitus extirpet, id quod fit in præ-
 senti secundum partem, secundum totum in morte.
 Pro hac sanctificatione nostra petijt & rogat Chri-
 stus ante passionem suam, vbi inquit Ioan. 17. Pater;
 sanctifica eos per verbum tuum: sermo enim tuus ve-
 ritas est. & i. Ioan. tertio dicitur: Omnis qui habet
 spem in illo, sanctificat se. Ad illam igitur sanctifi-
 cationem nos nihil præter pœnitentiam & cogni-
 tionem

tionem peccatorum nostrorum, atque fidem exhibemus: Sed tota ipsa gratia Dei operatur atque efficit gratia ex misericordia propter Christum: hæc sanctificatio prima est, & præcedit nostram sanctificationem, sicut flos præcedit fructum, licet ex illa sanctificatione nostra fluat. Aliam quoque sanctificationem scriptura commemorat, quæ sic dicitur, licet quoque sit opus Dei atque Spiritus sancti, de qua Apostolus ad Ephes. 4. Induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia, sanctitate & veritate, & 1. Thessal. quarto. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra: & quænam sit illa nostra sanctificatio, ibidem declarat, scilicet ut abstinatis vos à fornicatione, ut sciat quisque vas suum possidere in sanctificatione & honore, & non in passione desiderij, sicut Gentes quæ Deum ignorant: ne quis circumueniat in negotio fratrem suum, quoniam de his omnibus Deus iudex est, sicut testificati sumus vobis: non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem: qui ergo spernit hanc admonitionem ad sanctificationem, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit spiritum suum in nobis. Non igitur satis est dicere, habeo sanctificationem passiuam gratis per fidem in Christum, non opus est mihi alia, scilicet actiua sanctificatione &c. Insuper Christus docet Matth. 15. in quo illa consistat sanctificatio, scilicet actiua & nostra, non in re exteriori, scilicet cibo aut potu, vestitu, loco, templo &cæt. hæc enim non sanctificant hominem, nisi quis primùm fuerit intus in corde sanctificatus fide & gratia Spiritus sancti. ideò inquit, Non quod intrat per os, coinquinat hominem, sed quod de ore & corde exit, de corde enim exeunt malæ cogitationes, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, mendacia, blasphemiar, falsa testimonia: hæc sunt quæ coinquinant hominem, non illotis manibus manducare panem, &cæt. Sanctitas ergò illa actiua consistit

consistit in abstinentia huiusmodi peccatorum: ubi enim sunt huiusmodi opera carnalia, ibi nondum est sanctificatio, quam etiam à nobis exigit Dei voluntas. Leuit. 19. Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum, & 1. Petr. 3. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris. Hoc autem fit, quando obedientiam verbi sui fecerimus, & Euangelio obedierimus, atque à peccatis abstinuerimus. Ad hanc activam sanctificationem Apostolus nos maximè hortatur, 1. Corinthiorum sexto, inquit: An nescitis quòd membra vestra sunt templum spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? id est, corpus & membra vestra sunt sanctificata in Baptismo, & consecrata spiritus sancto, ut ille per hæc operetur bona & pios fructus: non iam sunt vestra membra, sed spiritus sancti: qui ergò fornicatur, in corpus suum peccat: alienum enim templum, id est, spiritus sancti coinquinat: & tollit membra Christi, & facit ea membra meretricis: sed absit hoc à nobis, empti enim estis precio magno. Glorificate ergò & portate Deum in corpore vestro. Quid hinc dicent fornicatores, ebriosi, invidi, qui corpora sua occidunt ante tempus, & alienis rebus, scilicet spiritus sancti, sic abutuntur, quando dicit scriptura quòd plures occidit crapula, quàm gladius. Ecclesiast. 37. Propter crapulam multi obierunt, & luxuriosi debilitant corpora sua, & spiritus tristis (scilicet invidiæ) exiccet ossa, Prouerbiorum 17. Taceo illos, qui ex nimia parcitate etiam proprio corpori denegant sufficientem cibum & potum, & alia necessaria: multi quoque abundantiam bonorum suorum conuertunt ad luxum, pompam, ornatum vestimentorum, quæ omnia quia sunt incentiua vitiorum, contristat spiritum sanctum, & cæc. Igitur illa sanctificatio corporis nostri vel morum ac vitæ, iam penitus negligitur, dum ad omnem passionem desiderij luxuria-

mur edendo, potando, superbiendo, vestiendo, & cetera, sicut factum est in diebus Noë, Matt. 24. & nemo hoc reputat pro peccatis. Insuper Apostolus 2. Corinth. sexto. Vos estis templum Dei viui, nam dicit Deus, habitabo in illis, & ambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Has ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & Spiritus, pericientes sanctificationem in timore Dei: Ecce perficere debemus sanctificationem, non ergo in sola fidei iustificatione sistendum est nobis, sed porro etiam ad sanctificationem anhelandum: iustificatio enim fidei nos Christo inserit tanquam ramos arbori, sed sanctificatio fructificat & est iustificatio. Vtrunque ergo à Deo præcipitur, iustificatio & sanctificatio. Sanctificatio igitur passiuæ inchoat, & facit initium creaturæ Dei: Sed actiuæ complet & perficit, atque consummatam ac perfectam reddit, idcirco 2. Pet. 1. admonemur, vt vocationem nostram certam ac consummatam efficiamus per bona opera. & Iacob. secundo dicitur, quod fides Abraham operibus sit consummata, id est, integra ac perfecta fuerit: quare non est satis illa inanæ fiducia ad Deum per Christum, nisi sequatur & sanctificatio actiuæ: terra enim quæ imbrem sapius receperit, & tamen nil nisi tribulos & spinas produxerit, maledictioni est obnoxia, cuius exitus huc tendit, vt exuratur. Hebræorum sexto. Et Christus ait Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum pater, & in ignem mittet: ex quo patet, nihil prodesse cuiquam, etiam si per fidem insitus sit Christo, si modò ipse in fide non persistat, inque cœpta iustitiæ via ac bonitate permaneat: nam liberati sumus à peccato per Christi gratiam & serui facti iustitiæ: quod seruitium si non præstiterimus, restat sententia Luc. 12. Seruus sciens voluntatem domini, & non faciens, vapulabit plagis multis.

non hoc dicitur, quòd nostra sanctificatione mereamur hoc quod Christus meruit: nihil penitus gratiæ derogatur, sed quatenùs retineatur, augeatur, & distribuatur: & quatenùs obligati sumus votiu serui iustitiæ, vt satisfaciamus: nec nostro carebimus præmio in præsentia atque futura vita. 1. Corinthiorum tertio. Vnusquisque mercedem accipiet secundùm laborem suum. Ex prædictis liquet, quàm aberret mundus, qui solum vult audire verbum Domini, & credere quæ Christus nostri causa fecit, id est, quòd pro nobis natus, passus, mortuus sit, & quòd vult gratis remittere peccata & dare cœlum, & quòd nulum sit peccatum quod damnet, præter infidelitatem: hæc & huiusmodi populus carnalis libenter audit, & magistros talia docentes amplectitur. At quid nos nunc redempti facere debeamus, scilicet peccatis mortui esse, deindè seruire iustitiæ, ac seruire & obedire Euangelicis præceptis, esse pœnitentes, & Deum ac proximum nostrum diligere, orare, ieiunare, castigare corpus, obedire Ecclesiæ & eius præceptis, & in summa exercere sanctificationem nostrâ, hic omnes surdi aut muti sunt, & qui hæc docet & inculcat, pro hypocrita & sanctulo habetur: qui autem falli non vult, videat totum Euangelium, quòd non solum docet passiuam sanctificationem, sed etiam actiuam: Et de his iudicabit Deus in nouissimo die.

CAPVT XXVI



Qvod carnales hodiè dicunt Euangelium nihil aliud esse, quàm lætū nunciū remissionis peccatorū: deindè, quòd duo potissimum Euangeliū doceat. Pro quo notandū, quòd pleriq; hodie affirmant Euangeliū esse lætū nunciū gratiæ, vel solum sit sermo de Christo, qui denunciat remissionem peccatorū, solumque exigere fidem in Christum, & ampliùs nihil: vnde fit vt carnales reddantur homines ex falso intel-

lectu ac persuasione Euangelij. Docet autem nos Christianos Euangelium Christi duo potissimum est enim primò lätum nuncium gratiæ, scilicet quòd Deus pater nostri vult misereri, si crediderimus in filium ac pœnituerimus, & remittere omnia peccata gratis, sicut Apostolus 1. Cor. 15. Hoc est Euangelium meum quod prædicaui vobis, quoniã Christus mortuus est pro peccatis totius mundi secundum scripturam & promissionem prophetarum, & resurrexit tertia die secundum scripturas, & Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filiũ suum vnigenitum daret & cæt. Act. 10. Huic omnes prophetæ testimoniũ perhibent, remissionem accipere peccatorum per nomen eius. Deindè Euangelium docet, quatenus ad veram pietatem & iustitiam vitam nostrã instituamus, non solum credere remissionem peccatorũ, sed etiã seruare obedientiam verbi, atque emendare vitam nostram. Sic iubet Apostolus Eph. 4. exuite veterem hominem & nouum induite, qui secundum Deũ creatus est in iustitia, sanctitate & veritate. vitate mendacia, iram, furtum, &c. & alibi dicit, Eratis aliquandò tenebræ, nunc autem lux in Domino. Igitur vt filij lucis ambulatè, & Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. quid enim est totum Euangelium, nisi doctrina quomodò instituat Christiana vita? non solum docet remissionem peccatorum, sed iubet etiam ne corpora nostra grauentur crapula, &cæt. Luc. 21. vt patrem adoremus in spiritu, Ioan. quarto, vt eius mādara seruemus, Matth. 19. vt deponamus inuidiam, & remittamus offensam proximo, sicut dat exemplum de seruo nequam, Matth. 18. vtque beneficiamus proximo, Matth. 25. & Christus docet & præcipit, quomodò vitam Christianam rectè instituamus, nempe cap. 5. & 6. & 7. Matt. Sunt quoque & minæ in Euangelio, scilicet Ioan. quinto. Procedent qui mala fecerunt,

in re.

in resurrectionem iudicij. & Mat 5. Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennę ignis. & Matt. 3. Ioannes inquit, Radix arboris iam à securi appetitur: arbor quę non facit fructum, scilicet pœnitentię & fidei, excidetur, atq; in ignem proijcietur. & Mat. 11. Væ tibi Bethsaida, quia si apud gentes in Tyro & Sidone tantę factę essent virtutes, quę facta sunt in vobis, olim in cilicio & cinere &c. & cap. 12. De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines, rationem reddent in die nouissimo. & cap 18. Iratus Dominus tradidit eum tortoribus, quousque redderet vniuersum debitum. sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si nō remiseritis vnusquisq; fratri suo. & 19. Diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Facilius est camelū &c. Mat. 23. Vę vobis scribę & pharisęi hypocrite, qui clauditis regnum cœlorum &c. Mat. 25. Serue male & piger, quia meto vbi non semino, & congreco vbi non sparsi &c. & ibid. Ite maledicti in ignē æternum &c. hęc & multa similia pœnarum exempla noverint peccatores in Euangelio. Quarē Euangelium non est solum letum nuncium gratię remissionis peccatorum, sed etiam comminatur pœnam æternā non respicientibus. Vana igitur erit sola fiducia illa ad Deum per Christum, nisi & hęc opera feceris Euangelij, atq; vitam tuam sic institueris, vt sit conforme Euangelicis præceptis: quid est, inquit Dominus Lucę 6. quod dicitis, Domine Domine, & non facitis quę dico vobis? Quare Euangelium docet duplicem iustitiam, scilicet passiuam primò, deindē actiuam. Iustitia passiuā est illa, quam nos solū patimur à Deo, qui nos iustificat per fidem & pœnitentiam. Rom. 3. Deus est qui iustificat, & Dauid Psal. 31. Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum. Igitur credenti in eum qui iustificat impium, fides reputabitur ad iustitiam, Rom. 4. Hanc iustitiam solus Deus in nobis operatur, nos solū illam recipimus, sicuti terra im-

brem, & patimur nos iustificari, & opus Domini in
 nobis perfici: hanc nos efficere minimè possumus;
 nemo enim seipsum potest iustificare, id est, purgare à
 peccatis, nec sibi ipsi remittere peccata: sic fidelis sese
 peccatorem agnoscens, solam accipit & cupit sibi ex-
 hiberi iustificationem propter mortem Christi, id
 est, remissionem peccatorum: ideò vt hanc iustitiam
 passiuam accipiamus, vbique scriptura vrget ad fi-
 dem in Christum, sine qua impossibile est accipere
 hanc iustificationem vel iustitiam Dei &c. Hæc iusti-
 tia passiuæ præcedit omnem iustitiam actiuam. Opor-
 tet enim primum esse iustum, antequam quis bona
 & iusta faciat opera, sicut homo primum baptizatur
 antequam bona exerceat, & arbor bona præcedit fru-
 ctum, Matthæi 7. Primò igitur nos Deus diligit, &
 lapidem atque fundamentum salutis ponit, non ho-
 mo: ob id vocatur iustitia passiuæ, quòd solùm illam
 patimur, quam gratia & misericordia Dei in nobis
 operatur propter Christum per fidem in illum. Fides
 igitur antè omne opus & meritum gratis illam ac-
 cipit in Baptismo, vbi efficitur filius Dei, iustifica-
 tur & purgatur atque abluitur in nomine Domini
 nostri Iesu Christi, I. Corinth. 6. Præterea hæc iusti-
 tia passiuæ tria facit in nobis: primùm tollit ex gra-
 tia propter Christum peccata, quatenus non impu-
 tatur: deindè donat Spiritum sanctum, quo possumus
 iustitiam actiuam (quam nos adminiculo Spiritu san-
 cti exercere debemus, ac necessariò exigitur, estq; ro-
 ta obseruantia & obedientia Euangelij) præstare: Ter-
 tiò promittit obedientibus Spiritum sanctum, & vi-
 tam æternam obedientibus Euangelio, non vt illa
 obedientia mereamur vitam æternam, & quòd sit cau-
 sa salutis: hoc enim solum sibi retinet sanguis Chri-
 sti effusus: sed quòd nõ retinetur iustitia passiuæ, Rô-
 m. 8. Si secundùm carnem vixeritis, moriemini: & quòd
 sicut Deus præcepit & legem Euangelicam, qua vi-
 tam

tam Christianam instituamus, sic ordinavit cui debemus obedientiam, iuxta illud Luc. 12. Servus sciens voluntatē Domini, & non faciens &c. non enim solum credere iubet Euangelium, sed etiam Euangelio per vitam Christianam obedire, vel quod Deus nostram obedientiam, quo magis ac magis gloria gratiæ suæ laudetur, ultra iustitiam passivam gratuitam vult coronare ingentibus præmijs in hac & post hanc vitam 1. Corint. 3. Vnusquisq; mercedem accipiet secundum laborem suum. Igitur hæc iustitia passiva oportet præcedat activam iustitiam. Est autem activa iustitia, quā nos adiutorio Spiritus sancti atq; gratiæ Dei facimus, scilicet poenitere, diligere Deum super omnia, & proximum suū sicut seipsum, remittere offensam, eleemosynam dare, ieiunare, crucem patienter ferre, servare mādāta Dei, &c. & debet in summa vita nostra conformis esse Euangelio, quod Euangelium formula & regula est, quatenus retineamus Dei favorem & iustificationē, maneamusq; filij dilecti, ut Deum nostrum confiteamur ore & corde, Roman. 10. atque laudemus & benedicamus omni tempore, ut quæ laus eius semper sit in ore nostro &c. Et hanc iustitiam Deus necessario exigit, & sequi debet priorem. Dicitur autem hæc iustitia activa, eō scilicet, quod nos cooperante Spiritu sancto eam ex fide in Christum, & propter Christum facimus, sicuti Apostolus 1. Cor. 15. dicit, Plus omnibus laboravi, non ego, sed gratia Dei mecum. Et, Gratia Dei sum id quod sum. Hanc autem iustitiam activam iam nemo curat, omnes ebrij sumus de illa fiducia sterili ad Deum propter Christū, nec existimamus illā esse necessariam, quam tamen Euangelium ipsum adeo vriget, exigit, præcipit, sicuti fidem qua passiva accipitur, nō ut mereatur passivam, quæ planè gratuita est, ut dictum est, sed quod passiva non retinetur, nec efficax permanet promissio salutis, nisi hæc iustitia nostra acti-

stra acti-

stra actiua sequatur ex passiuā, & nisi fructus fidei fidem sequantur. Est igitur Euangelium non solū sermo de Christo incarnato, sed etiam doctrina, quomodo vita Christiana instituatur: vtrunq; docet, & vnū quodq; in suo loco. Primum, quomodo per fidem accipimus & patimur iustitiam passiuam: deinde, quomodo necessariò sequi debet iustitia actiua. Væ igitur carnalibus hominibus, qui non timent grauissimam sententiam Matt. 12. de redeunti diabolo cum septem Spiritibus nequioribus se, & 2. Pet. 2. cap. melius esse non cognouisse veritatem, quàm post agnitam retrocedere &c.

CAPVT XXVII.



Qvod Carnales hodiè frequenter in ore habent, Fides Fides, Crede crede, Et q̄ fides integra contineat duplex opus. Frequens in ore hominum huius seculi est, Fides fides, vel solū, Crede crede, & omnes conciones fiunt ac replentur de fide: nemo tamen explicat integritatem fidei, aut quid in se contineat hoc nomen fides. Veteres cū Paulo dicunt, q̄ fides est fundamentum, id est, substantia firmarum sperandarum argumentū non apparentium, id est, remissionis peccatorum, & vitæ æternæ, Hebr. 11. & quidem hoc rectè. Neoterici verò dicunt, Fides est fiducia misericordiæ diuinæ consequendæ propter Christum, & hoc quidem rectè. huiusmodi verò fides ex auditu est, Rom. 10. & donū Dei. nihil efficeret auditus verbi, nisi Spiritus S. intus reuelaret fidem. Mat. 16. Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Est igitur fides fiducia firma, id est, substantia rerum sperandarum, id est, misericordiæ diuinæ consequendæ propter Christum, et si hoc carni & sanguini ac rationi naturali non appareat. Continet autem fides, si integrè consideretur, duplex opus.

Pri.

Primum est, in Christum credere, cum suscipere ut I. redemptorem & saluatorem acceptare pro sua iusti. Duplex o-
 tia, sapiētia & sanctitate, 1. Cor. 1. & hoc est opus Dei, pus fidei.
 ut in eū credamus, Ioan. 6. Credere igitur in personā
 Christi, ut filium Dei & nostrum saluatorem, primū
 exigitur: nisi enim quis primò credat in personam
 Christi, non credit verbo Christi, nec obedit verbo
 Euangelij eius. Primum igitur opus fidei est, credere
 Christū esse verum Deum & hominē, saluatorem no-
 strum atq; iustitiam in sua persona, & totum verū es-
 se quod de illo dicit scriptura Prophetarum & Apo-
 stolorum, & hęc fides facit Christianum. Alterum o-
 pus fidei integrę est, credere & obedire verbo & ser-
 moni eius: nam non omnis qui dicit mihi, Domine
 Domine, intrabit in regnum cœlorū: sed qui facit vo-
 luntatem &c. Mat. 7. Luc. 11. Beati qui audiunt verbū
 Dei, & custodiunt illud, 1. Cor. 4. Regnum Dei nō est
 in sermone &c. ad Tit. 1. Confitentur se nōsse Deum,
 sed factis negant. Fides ergo integra vtrunq; comple-
 titur, scilicet credere Christum esse nobis redempto-
 rem & saluatorem, atq; credere Christo, quod est ni-
 hil aliud, nisi eius verbo obedire: nā agnoscere Chri-
 sti pietatē, atque fateri ore & prædicare, satis non est,
 nisi & cognitū ames, non sermone tantum, sed & fa-
 ctis atq; virtutibus. Ioan. 14. Si quis diligit me, sermo-
 nes meos seruabit. Qui igitur verbo Christi, id est, Eu-
 angelio non obedit, (plura enim præcipit Euangeli-
 um, esse pauperes Spiritu, pacificos, mites, misericor-
 des, non iudicare, facere proximo quod sibi fieri vel-
 let, ieiunare, offensam remittere, &c.) Illi inquā ni-
 hil proderit fides & cognitio personę Christi, neq; fi-
 des illa saluabit. hęc igitur obedientia testificat esse
 Christianum: Ex quo sequitur, quòd fides illa quę
 sola inani fiducia nititur absq; præcepti sancti custo-
 dia, id est, Euangelij, quod dicitur mandatum sanctū,
 lex charitatis, seruitus iustitię &c. mortua est, eò q̄
 vita

vita verbi caret. Tunc enim verbum ac Euangelium viuunt in nobis, quando fructus Euangeli atque opera sequuntur: Sunt enim opera testes viuae fidei. Psalm. 115. Credidi, propter quod locutus sum. Arbor bona fructus bonos facit, Matt. 7. Vbi igitur non est obedientia verbi, ibi fides verbi non est integra neque salutaris &c. Secundò, in hoc concordant omnes, quòd Fides dicitur sine operibus mortua esse, vt Jacob. 2. & Neoterici dicunt, si fidem opera non sequuntur, fides non est: ergo illa fides sine operibus non iustificat nec saluat, & quòd communiter tribuitur fidei iustificatio, hinc est, quia à maiori fit denominatio. Est enim opus fidei primum & potissimum inter omnia opera hominis. Sed propterea non excluduntur opera, eò quòd hoc nomen fides, vtrunque complectitur opus, id est, credere in Christum, & credere Christo, id est, obedire sermoni eius: ergo fides illa vera & integra est, quæ vtrunque opus habet, id est, quæ non solum fidit misericordiæ, sed etiam obedit verbo. Fidere enim sine obedientia verbi, est Deum subsannare, & quamuis fiducia illa potius sit, quàm præcepti custodia: fiducia enim quietat cor: efficax tamen non erit fiducia illa misericordiæ, si aderit contemptus obedientiæ verbi. Vtrunque enim exigitur: vtrunque, dico, opus fidei doceri debet. Præterea Euangelium vtrunque opus fidei declarat in iustificatione. Marci 1. Pœnitementini. Hic obedientia verbi exigitur, & primus actus fidei est: deindè, Et credite Euangelio, id est, fiduciam habete tunc in diuinam misericordiam consequendam, & promissam propter Christum: nam propter illum Deus vult remittere peccata. Quòd si quis solum velit fidere diuinæ misericordiæ, & non pœnitere aut obedire Euangelio, illa fides integra atque salutaris non esset, neque efficax, sic iubet prædicari pœnitentia.

hitentiam primò Ecclesiæ obedienti. Deindè remissionem in nomine eius, Lucæ ultimo. Sic Apostoli ubique docent illos duos actus vel opera fidei in suis Epistolis, primum opus esse, scilicet credere in personam Christi, vt mediatorum & saluatorem, eò quòd lex nos damnat, sed per Christum iustificamur: deindè Paulus in alijs capitulis docet obedientiam verbi, scilicet offerre corpora, &c. Sic primo Corinthiorum quinto, inquit, Pascha nostrum immolatus est Christus, hoc credere debemus, & est primus actus fidei: deindè nunc epulemur in azymis synceritatis &c. & primo Petr. secundo. Liuore eius sanati sumus, hinc fides & fiducia: vt iustitiæ viuamus, ecce obedientia. Vbique ergo scriptura duplex hoc opus inducit, quare separari non possunt, neque debent: vt arbor sterilis nihil est sine fructibus, sic inanis illa fiducia diuinæ misericordiæ propter Christum sine fructu & obedientia Euangelij, misericordia eius à progenie in progeniem timentibus eum, Lucæ primo. Nam Adam credidit DEO in Paradiso, habuit enim primum opus fidei, sed quia non obediuit verbo Dei, & non habuit secundum opus fidei, idè nihil ei profuit. Sic Saul rex credidit, sed quia non obediuit verbo Dei, deiecitur 1. Regum decimo quinto. Filij ISRAEL crediderunt Deo, & exiunt de AEGYPTO: sed quia verbo eius non obedierunt, & peccabant, prostrati sunt in deserto. Iudas credidit Christo, & illi sequebatur: sed quia non obediuit verbo quod iubet sperare in Domino, idè seipsum suspedit, sic multi sunt qui consentunt Christum, sed facto negant, Tit. 1. At inquit, hæc fides non fuit vera, sed hypocritica, Respond. Penes quod cognoscitur fides vera ab hypocritica, nisi per alterum hoc opus fidei, scilicet obedire verbo? ergo quandò hoc non aderit primo operi fidei, quod est, credere in CHRISTVM, reliquum, scilicet obedientia verbi & seruitus iustitiæ,

iustitiæ,

fitiæ, hæc fides non est vera. Abraham non solū cre-
 didit verbo, sed & obediuit verbo Dei, immolans fi-
 lium Gen. 22. ob id iustificatus est Dauid, credidit &
 obediuit Deo, Psal. 50. Miserere mei Deus, & os meū
 annunciabit laudem tuā. Sic omnes sancti Martyres
 per fidem vicerunt regna, & operati sunt iustitiā &c.
 Hebr. 11. Nihil igitur est illa fiducia misericordiæ di-
 uinæ sine obedientia Euangelij. vtrunq; complecti-
 tur fides, credere & operari iustitiā. Qui igitur solā
 fidem sic iactant, vt derogent obedientiæ Euangelij
 & verbi Dei, illi videant. sed inquit: Fides, prius
 quàm quicquam operetur, iustificat: ergo sola iustu-
 ficat. Respond. hoc non negatur, nempe quòd absq;
 partu operum, hoc est, quia nondum peperit opera,
 quempiā iustificare potest: at iam parturijt, nihilo-
 minùs & est operibus grauida, nihil præter tempus
 partus expectās: mulier grauida est antè partum, at-
 tamen partum expectat: vt grauidam fieri mulierē,
 præcedit, partus sequitur: attamen in momento quo
 mulier grauida fit, potestate quadā in se cōtinet fru-
 ctum, tempus partus expectans. sic fides in momento
 quo infunditur animæ, grauida fit operibus bonis,
 nihil nisi nunc tempus efficiendi illos expectat, nul-
 lum momentum separari potest à Fide, obedientia
 verbi vel opera pia. Et quoniam fides potestate qua-
 dam intra se continet bona opera, quæ nondum sunt
 in lucem edita: idcirco per eam scilicet fidem iustus
 solum initiari dicitur vel iustificationem initiari, nō
 autem consummari: nam consummata iustificatio
 non aliter, nisi ex operibus natis & in lucem quasi e-
 ditis, acquiri potest. Sic enim dicit Iacob 2. quòd fi-
 des Abrahæ sit ex operibus consummata, & initium
 creaturæ eius vocat, non perfectam creaturam. Et sic
 scriptura docet iustitiā inchoatam & consumma-
 tam, vna per fidem datur, altera operibus efficitur:
 pro vtriusq; ergo tum fidei tum operibus siue obediē-
 tia

tia verbi vnum simul præmium, non diuisum inuicẽ,
 Apostolus tribuit, 2. Timoth. 4. Bonum certamen cer-
 tauì, cursum consummaui, fidem seruauì. Summa,
 vterque actus exigitur ad veram & integram fidem,
 credere in Christum, & credere Christo, id est, obedi-
 re verbo ipsius atque Euangelio, neque solam fidu-
 ciam acceptat sine obedientia verbi, neque opera &
 seruitium iustitiæ sine fide. Quare fides non est sola
 fiducia in Dei misericordiam, sed etiam diuinæ vo-
 luntatis atque Euangelij, obseruantia. Qui igitur cõ-
 temnit obedire verbo Euangelij, frustra iactat fidem,
 & inanẽ in Christum fiduciam: non solum promissi-
 mus in Baptismo nos in Christũ credere, sed & verbo
 illius obedire, & mandato sancto, legi charitatis, id
 est, Euangelio, & recusare pompis Diaboli. Seruus i-
 gitur sciens voluntatem Domini, Luc. 12. &c. & me-
 lius foret non agnouisse veritatem, 2. Petr. 2. Si enim
 sola illa fiducia in diuinam misericordiam suffice-
 ret sine obedientia verbi, superfluum foret totum
 Euangelium cum suis præceptis de pœnitentia, de
 charitate erga proximum, de operibus misericordiæ,
 de oratione, de ieiunio, de humilitate, de castigatio-
 ne &c. frustra quoque abundantio iustitiæ exigere-
 tur à Christianis Matthæi quinto: At Christus Io-
 an. octauo. inquit Iudæis: Vos dicitis quia pater me-
 us Deus vester est, sed non eum cognoscitis: ego au-
 tem cognosco eum, & sermonem eius seruo &c. & i-
 terum, si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: & li-
 cet vterque actus fidei exigitur atque integratur fi-
 des, adhuc tamen salua manet gratia, quæ ppter Chri-
 stum, & non ipsa opera operata nostra, iustificat & sal-
 uat: cùm enim omnia fecerimus &c. omnia inquit,
 id est, crediderimus, operati fuerimus, &c. adhuc
 serui inutiles sumus, &c. Lucæ 17. Insuper omnes do-
 cemur nos saluari gratia & misericordia Dei, Rõ. 6.
 Sed pij postquã omnia fecerint, quæ vel diuina præ-
 cepta,

cepta, aut cultum & laudem ipsius, aut quæ proximi commodum & corporis proprii castigationem respiciunt, adhuc se nihil fecisse putent, cogitantes quod Christus docuit. Lucæ 17. cum omnia feceritis &c. Carnales verò Euangelici homines tantum sperant misericordiam & gratiam salutis cum negligentia, immò cum contemptu omnium præceptorum cum Dei tum Ecclesiæ, in sola carnis libertate viuentes, nullum curantes opus. Contra hos ubiq; loquitur scriptura, quòd tali inani fiducia non saluantur. Vidè Lucæ 12. Et misericordia eius à progenie in progeniem timentibus eum &c.

CAPVT XXVIII.



Vid sit propriè verbum Dei, acceptate, audire & credere, cum omnes hodie dicunt, audiendum esse verbum Dei. Frequentis clamor est hoc seculo, scilicet, audiamus verbum Dei, verbum Dei, & accipiamus ac credamus, atque sic alius alium condemnat, quia non audit, aut credit vel acceptat verbum Dei: quare cum primis notare oportet, quid sit verbum Dei: deinde, quis illud acceptet & credat, & qualiter, an secundum Spiritum vel secundum carnem: nam etsi plerique audiant verbum Dei, non tamen omnes obediunt, Romanorum decimo. Est autem primo verbum Dei, iusta, vera ac sancta doctrina, per quam Deus, & non homo nos docet quid credamus, quid faciamus vt saluemur, sicut Apostolus secundo Timoth. tertio. inquit: Permane in literis sacris, quas ab infantia didicisti, quæ te instruunt de fide & salute, quæ est in Christo Iesu: nam omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, scilicet, licet fidem in Christum, ad erudiendum quoq; in iustitia, scilicet vitæ Christianæ, quatenus homo rectè faciat,

faciat, ad arguendum etiam scilicet qui non credunt
 in Christū, & malè viuunt, quibus denunciatur damna-
 tionem: hæc omnia facit verbum Dei, vt perfectus sit
 homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Sic Rō.
 15. Quęcunq; scripta sunt, &c. Docet autem verbum
 Dei multa, non solam fidem, sed & pleraque alia, sed
 antè omnia & cum primis docet & exigit fidem in
 Christum, eò quòd sine fide impossibile est placere
 Deo, Hebræ. 11. ideò Rom 10. inquit Apostolus: Hoc
 est verbum fidei quod prædicamus, quia si confitea-
 ris in ore tuo Dominum Iesum, scilicet esse tuum re-
 demptorem, & in corde credideris, quòd pro tuis pec-
 catis mortuus fuerit, & quòd Deus illum suscitauit à
 mortuis, saluus eris: nam tu homo peccator es, trans-
 gressor legis diuinę, natura corruptus: si vis euadere
 damnationē, crede in corde tuo Christum esse filium
 Dei, & pro tuis peccatis mortuū, Rom. 4. & resuscita-
 tum, vt te iustificet contra peccata & diaboli accusa-
 tionem, & iustus reputaberis propter hanc fidem in
 Christum coram Deo: nam sic corde creditur ad iu-
 stitiam, sed hunc quoque Christum confiteri debes
 coram mundo, Iudæis & Gentibus ac impijs: qui e-
 nim ipsum negauerit coram hominibus, illum nega-
 bit & ipse coram patre cœlesti, &c. & hæc cōfessio fit
 tibi ad salutem. Nam fides duplex opus habet: vnum
 intus in corde credere, fidere diuinę misericordię
 consequendę propter Christum Ioan 6. Hoc est opus
 Dei, vt credatis: alterum, Christum confiteri & illi o-
 bedire, verbo eius satisfacere, sicut hic confessio fit
 ad salutē, & 1. Ioan. 2. dicitur: Per hoc, inquit, scimus
 quòd cognouimus Deum, si iussa illius obseruamus:
 nam qui dicit, Noui eū, & præceptum eius nō seruat;
 mendax est, & in eo veritas non est. Docet igitur ver-
 bum Dei, primum credere, & omnem sp̄e salutis po-
 nere in Christum, qui dicit Ioan 3. Sic pater dilexit
 mundum, vt omnis qui credit in eum, &c. Secundo;

verbum Dei non solum docet credere & spem ponere in Christum, sed etiam semper esse in pœnitentia: sicut ergo omni die & hora cupis tibi exhiberi misericordiam, ita omni die & hora dolere debes de peccatis tuis, sicut dixit David Psalm 50. Peccatum meum contra me est semper, Sic Marc. 1. dicitur: Pœnite mini, & credite Euangelio. Absque pœnitentia & contritione cordis, spes & fiducia in Christum nulla est: pœnitentia autem optima est, cessare à vitijs, luxuria, superbia, auaritia, gula, &c. qui enim credit & sperat in Christum, attamen non cessat peccare frustra sperat misericordiam. Tertio, verbum Dei docet dilectionem Dei & proximi, Matthæi 22. vt Deum super omnia diligas, nihil illi preponas, nec patrem, matrem, vxorem, liberos, agrum &c. sed toto corde diligas, timeas, obedias. hæc enim sunt præcepta primæ tabulæ, deinde proximum tuum sicut teipsum, vt cum primis honores parentes tuos: deinde ne erga proximum tuum falsum testimonium dicas, mentiaris, detrahas, decipias emendo, vendendo, ne furum illi facias, vxorem deturpes, & concupiscas aliena. nam dilectio est plenitudo legis, Rom. 12. adhæc præcepta Euangelica omni tempore teneris. Roman. 13. Nihil debeatis, nisi vt vos inuicem diligatis. Quarto, verbum Dei docet humilitatem. Matthei 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, docet paupertatem, munditiam cordis, misericordiam, sitim, & esuriam iustitiæ, pati persecutionem, Matthei 5. docet quoque orare, ieiunare, elemosynam dare, Matthæi 6. non irasci, non dicere fratri racha, solem non occidere debere super iram nostram, reconciliari cum eo qui nos offendit: docet castigationem corporis, non crapulari, non inebriari, Luca 21. &c. summa, multa alia docet verbum Dei, quàm solum credere, quæ Christus adedè seriò exigit ab adultis, sicut fidem: nam si sola fides in ipsum & spes exigeretur,

frustra

frustrà hæc ipse præcepisset, & superuacanea essent in verbo Dei. Præterea ubiq; est verbum, tam ubi fidem exigit quàm ubi opera docet: & sicut exigit obedientiam circa fidem, ut in illum credamus, ita quoq; erga cætera quæ præcipit ut obediamus & faciamus: iubet quoque inimicos diligere, & eis benefacere, qui nos oderunt, Lucæ 6. & ut nemo se excuset de impossibilitate, promittit & donat Spiritum sanctum, qui adiuuet infirmitatem nostram, Rō. 8. ut obediamus legi. Verbum igitur Dei non solum docet credere, sed & facere & obedire verbo Dei, nam sic dicit Lucæ 6. Quid autem vocatis me, Domine &c. & non facitis quæ dico? omnis enim qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit, similis est homini edificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram: inundatione autem veniente &c. Eandem sententiam habet Matt. cap. 7. Est ergo verbum Dei doctrina sancta, docens quid credamus, & faciamus ad salutem Verbum igitur Dei audire, credere, acceptare, est illi per omnia obedire, id est, non solum credere in Christum, sed etiam mandato eius & verbo sancto obedire, nempè Euangelio, quod vitam & opera cum fide Christiani describit. Qui ergo fide clamat ad Christum, Domine Domine, & spem suam in illum ponit, necessè est ut obediat etiam verbo ipsius, non quòd virtus fidei nostræ ac operum ex sua conditione mereantur salutem: id enim gratiæ Dei saluum relinquitur, quàm gratiam & misericordiam Christus suo sanguine nobis meruit, Roman. 4. mortuus est pro peccatis nostris: sed quòd sine fide & obedientia verbi Dei, salus non distribuitur & accipitur: nos serui inutiles sumus semper, scilicet ad remissionem & salutem promerendam, nostra scilicet fide & operibus, Lucæ 17. licet opera nostra aliàs habeant sua ingentia præmia &c. & non vult obliuisci operis nostri

&c. Hebræ. 6. Fides igitur quia utrunque complectitur, scilicet credere & obedire verbo, ille totum ac verè verbum Dei credit, audit, acceptat, qui ubique obedit: primùm obedit verbo, credendo in Christum: deindè obedit faciendo & opere, quod exigit verbum Dei, qui habet dilectionem proximi: cauet peccata, castigat corpus: nam beati dicuntur non solum qui audiunt verbū Dei Qui igitur per omnia obedit, ille se iactet suscepisse verbum Dei Acceptantes autē verbū Dei, sunt in duplici differētia: quidam credunt & acceptant illud, faciendo pro virili, quod Euangelium præcipit ex fide facere: sed quia nemo perfectus, ob id semper pœnitent: pro auxilio gratiæ Dei anhelant, quotidie clamantes, Adauge nobis fidem, Luca 17. & iterum, Matthæi 6. Dimitte nobis debita nostra &c. sed horum perpauci sunt. Aliqui accipiunt verbum Dei in parte, & solum ubi carnis libertatem fouere possunt, non obedire traditionibus & præceptis Ecclesiæ, non ieiunare aut feruari, sed omnialiter agere, trahentes quiduis ad lasciuiam carnis, vt ait Apostolus Iudas in sua Epist. iactantes se liberos ab omni lege &c. etsi hoc verum sit, quoad Iudæicam legem, non tamen quoad legem charitatis & seruitium iustitiæ, id est, obseruantiam Euangelij, & solum se iactant fidere in Christi misericordiam, non curantes opera Euangelica, dilectionem, humilitatem, orationem, ieiunium ac cæteras virtutes: & licet hi iactent se suscepisse verbum Dei, nihil tamen minus fecerunt: ex quo patet falsitas: nam verbum Dei non solum docet credere, sed & obedire verbo per obseruantiam præceptorum &c. Iudæis, Turcis, Gentibus aptè dicitur, quòd non acceptant verbum Dei. Non ergo hoc solum curandum est, vt per fiduciam solam ad thronū gratiæ accedamus, sed & vt in Christo maneamus, vel potiùs vt Christus in nobis maneat: manet autē in nobis, si per fidelem custodiam

semea

semen verbi eius in nobis retinuerimus, illi obediē-
tiam præstantes. Qui igitur iactat se in Christo mane-
re, debet sicut Christus ambulauit, & ipse ambulare,
1. Ioan. 2. & DEVS charitas est, qui manet in cha-
ritate, &c. & iterū, Qui facit iustitiam, ex Deo natus
est: ergo non qui solū credit iustitiam. Summa, inter-
na illa cordis iustitia, quæ est in corde nostro propter
fidem in Christum, non potest esse sine externa ope-
rum iustitia. Nam interna externam fecundam fa-
cit, & externa internam adesse testatur. Qui ergo v-
tranque accipit & habet iustitiam, is verbum Dei se
accepisse & credidisse iactet, & de hoc gratias Deo a-
gat, & proximum non contemnat, sed qui in sola car-
nis libertate gloriatur, tantum abest vt Euangelium
susceperit.

CAPVT XXIX.



VIA à plerisque iactatur fidei iustitia,
quasi sola sufficiat ad salutem & remis-
sionem, inquirendum est, quid sit fidei
iustitia: deindè, in quo consistat vt inte-
gra & perfecta sit. Fidei iustitia est, ex
corde credere quòd Christus mortuus est pro pecca-
tis nostris, & quòd resurrexit propter nostram iusti-
ficationem, Romanorum quarto: id est, quòd credo
nihil esse in mundo, quod peccata mea tollere pote-
rit, nisi vnica Christi mors. Ioan. primo. Agnus Dei
&c. deindè, quòd nihil sit quo subsistam in iudi-
cio contra peccatum, diabolū, & mortem æternam
præter iustitiam Christi, quæ per fidem in illum mihi
gratis distribuitur, id est, qua iustificor contra dæ-
monem & peccatum. Romanorum quarto: credenti
in eum qui iustificat impium, fides reputatur illi ad
iustitiam. & ponit exemplum de Abraham, qui credi-
dit Deo, pmittenti ei prolem, etiam si corpus emor-
tuum haberet, & iam ferè centum annorum, Sara

quoq; emortua, quia nonagenaria: sed confortatus fi
 de, dans gloriam Deo, plenissimè sciens quia quæcū.
 que promisit Deus, potens est & facere: & idè hæc
 des reputata est illi ad iustitiam: hoc autem non est
 scriptum solū propter illum, sed & propter nos, qui
 bus reputatur fides ad iustitiam: iustitia ergo fidei
 est, credere quòd gratis sine merito nostro per sangui
 nem Christi iustificamur & liberamur ab ira Dei
 nam hæc iustificatio si aliundè potuisset esse, Chris
 tus gratis venisset, Gal secundo. Non est ergo iustitia
 ex lege, sed ex sanguine Christi gratis contingit cre
 denti, vt promissio sit certa, Rom. 4. si ex lege pende
 ret atq; operibus, nunquam esset quieta conscientia,
 neque certa. In solo ergo Christo quærere iustitiam
 & salutem, exigit iustitia fidei: quæ idè dicitur iu
 stitia fidei, quia quòd iustum est, Deo omnem glo
 riam salutis & iustificationis nostræ dare, & laudare
 gloriam gratiæ suæ, Ephes. 1. Nobis nihil nisi pecca
 tum & imperfectionem tribuere, sicut Propheta di
 cit: ô Israël, perditio tua ex te est, ex me autem salu
 tua. Secundo, hæc iustitia fidei duplicem habet actū,
 si est integra & perfecta, primò cor intus purificat,
 Actorū. 15. fide purificans corda nostra, sanctificans
 atque iustificans, & sic D E O gratum reddit: deinde
 exterius fructificat pios atque sanctos fructus. non
 enim solam habet fiduciam per Christum diuinæ mi
 sericordiæ consequendæ, sed etiam foris operatur
 & ostendit se, quòd hæc fides sit vera atque integra.
 Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem fo
 ris fit confessio ad salutem. & Psalmo. 115. Credidi,
 propter quòd locutus sum. Ex duobus ergo illis acti
 bus integra est iustitia fidei, & non solū dependet
 ab inani & sterili fiducia ad Deum. Nam vera iusti
 tia non solum ad affectum, sed & opus habet: nec ver
 bo tantū diligit sed opere & veritate, 1. Ioan. 3. Quia
 ergo ad iustitiæ veritatem non solus affectus, sed
 & opus

& opus (si modò homo sit adultus) pertineat, ex hoc sequitur, quòd illa fides quæ opera habet, non est simulata, sed operatur per charitatem, Galat. quinto. Inanis ergo fiducia sine timore, pœnitētia & pijs fructibus ad Dei misericordiam, nulli proderit. Patet ergo, quòd iustitia fidei non in sola credulitate atque cordis fiducia posita sit, sed quoque in externa operum iustitia: hæc enim probat & testatur veram adesse in corde fidei iustitiam. Deindè quoniam credenti datur Spiritus sanctus, sicut dicit Apostolus, quia credidistis in Christum, obsignati estis Spiritu sancto, Ephes. primo. Qui Spiritus sanctus operatur virtutes, id est, charitatem, spem, castitatem, longanimitatē, &c. Galat. 5. in nobis. Nam in hunc finem datur. Vbi ergo non aderit externa illa fructificatio virtutum & operum, non est vera illa fidei iustitia vel credulitas: quare necessariò requiritur ad fidei iustitiam, vt integra sit obedientia Euangelij: & vbi illa non est, in vanum iactatur iustitia illa siue fiducia in Deum, Lucæ 1. Misericordia eius à progenie in progeniem timentibus eum, & Lucæ 6. Quid dicitis mihi, Domine Domine, & non facitis quæ dico vobis? qui venit ad me, & audit sermones meos & facit, similis hic est &c. Nō ergo fidei iustitia in sola cordis credulitate & purificatione consistit, sed & in externa fructificatione. sed inquis, iustus sua fide viuit, Respond. Esto, sed nemo falsa & inani fiducia viuit: & tunc falsa & inanis est fiducia illa, quandò foris non fructificat, quādo fides illa per charitatem non operatur. Iustus fide integra viuit, quæ consistit in hoc, quòd credo in Christum: deindè, vt credam Christo, id est, verbo illius obedio. quid enim est audire & credere verbum, & illud non facere? hos maximè reijcit scriptura ad Tit. 1. Confitentur se nōsse Deum Et Christus Iudeos increpauit Ioan. 8. iniquens: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite &c. Fides ergo nō est inanis &

Roma. 1.
Abac. 2.

sterilis fiducia, sed est efficax & studiosa in omne opus bonum. Maximè per Prophetam Malachiã quærit Deus, inquiens: si ego pater, vbi dilectio? si Dominus, vbi timor meus &cæt? Omnes iam ebrij sumus illa inani fiducia ad Dei misericordiam propter Christum: sed vereor ne maiori ex parte sit inanis & simulata, eò quòd nemo fructificat foris pia opera, immò illa blasphematur & contemnitur &cæt. Nam doctrina illa, sola fides iustificat & saluat, fecit simplices homines ita carnales, quòd putant solam illam inanem fiduciam sufficere sine obediẽtia verbi: sed quia Christus non solùm iussit credere nos in illum, sed etiam seruare quæ præcepit, sequitur quòd plures decipiuntur. Sic ait Christus Matt. vltimo ad discipulos, Euntes docete omnes gentes, scilicet fidem in me, quoniam ego sum cui data est potestas in cœlo, scilicet vt saluem, & in terra vt remittam peccata credẽtibus: & baptizate eos, qui in me credunt, vt habeant certum signaculum & pactum mecum gratiæ, salutis & remissionis, ne de hoc dubitent: deindè docete eos seruare omnia quæcunque mandauimus vobis. At quid mandauit? Respon. legas totum Euangelium, quid Euangelistæ scribant: deindè & Apostolicas doctrinas, & multa reperies præcepta Evangelica, pœnitentiam de commissis peccatis, dilectionem inimici, & proximi humilitatem, reconciliationem, paupertatem spiritus, misericordiam, patientiam, beneficentiam erga pauperes, obediẽtiã prepositorum Ecclesiæ, obseruantiam preceptorum, orationem, ieiunium, eleemosynam, non iudicare alium, Deum timere, &cæt. Multa præcepta habet lex charitatis & Evangelica, ad quæ omnes tenentur fideles, & non sunt ab illis liberati, sed quidem à lege Moysaica, non autem Evangelica lege. Ideò inanis illa fiducia in Dei misericordiam sine obediẽtia preceptorum Evangelij, non est integra fidei iustitia: vt trunq; ergò præcipitur

elipitur & exigitur. Non ergo iustitia fidei respicit so-
 lum ad interiorem cordis iustitiam vel credulitatem
 atque fiduciam in Dei misericordiam, sed etiam ad
 præscriptas Evangelicas iustitias fidei foris. Igitur
 qui Christum tenet & habet, is non solum fiduciam
 habet, sed etiam præcepta illius custodit, ut non pu-
 deat coram illo in aduentu eius, quãdò reddet uni-
 cuique secundum opera sua. 1. Ioan secundo. Qui
 facit iustitiam, ex Deo natus est: non dicit, qui solum
 credit CHRISTVM esse iustitiam suam, licet &
 hoc in suum finem exigitur & verum est. Patet ergò
 in quo sita sit iustitia fidei, non in sola fiducia erga
 DEVM per Christum, sed & in iustificatione atque
 operatione iustitiæ. Vtrunque enim hoc nomen
 iustitia declarat, quæ perfecta est iustitia, quando in-
 tûs & foris sit. Non ergò iustitia fidei excludit ope-
 ra neque damnat, sed exigit: quia fides sine operibus
 mortua & simulata est: & vbi fides non fructificat,
 ibi nondum est Spiritus sanctus, qui datur per ver-
 bum credenti, ut virtutes operetur in nobis, sicut A-
 postolus declarat fructus fidei, Galat. quinto. Insu-
 per quanuis iustitia fidei sit intûs & foris, atque ta-
 lis exigatur, quæ non solum per CHRISTVM er-
 ga Deum fidat, sed etiam extra iusta operetur, ut di-
 ctum est: non tamen hoc docetur, quòd Deus pro-
 pter nostram iustitiam fidei & opera iustificet & sal-
 uet, vel quòd hæc mereantur illa: nam semper salva
 manet regula gratiæ, quoniam propter Christum
 hæc consequimur in illum credentes, qui hoc quo-
 que solus meruit: sed quoniã facti sumus serui Dei,
 & tenemur hæc facere & habere, ideò quod debui-
 mus facere, fecimus. Luc. decimo septimo. Attamen
 libera adhuc est gratia: ideò transferimus omnibus
 factis beneficium adhuc in Christum, & non in no-
 stram iustitiam fidei & operum, solum fidem & ope-
 ra vrgentes, quòd necessariò fiant & fieri debent,
 neia.

neia.

ne iactemus inanem fidem & gloriemur de illa sine timore Domini, & piorum operum factione, Deus tamē nō iniustus est, vt obliuiscatur operis nostri, Heb. 6. Gerson part. 4. in tractatu quomodo puer Iesus in mente deuota cōcipitur, nascitur &c. Dicebat sapiens Domino nostro, quid faciam vt saluus fiam? Respon. Serua pręcepta mea: hoc est, quod quis saluatur adimplendo pręcepta: quemadmodum si rex aliquis diceret alicui pauperi homini, vade vsq; ad finem vicinilius, & habebis 5. libras pecunię: ob id non lucratus esset pecunias, sed ob id quoniā rex ita dixisset. Si nō impleamus pręcepta, non ppter eā Paradisum lucrati fuerimus, sed quia Deus sic dixit. Apostoli interrogarunt Dominum Mat. 19. Ecce nos reliquimus omnia, &c. ibi dixit Christus: vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplū accipietis &c. hoc ideo fit, quia Christus sic dixit, non vt hoc meruissent Apostoli. Et nos cū omnia meliori modo quocunq; potuimus, fecerimus, quid tandem erit? nisi quod dixit Christus, Serui inutiles estis &c? Hęc ille. Igitur in promissione in dicto & verbo Dei quiescit conscientia nostra, non hoc quærīt in facto proprio, vbi nunquam quietem reperiet: nec ultra obligat Deus in obseruatione pręceptorum, quam natura nostra adiuta sua gratia potest, quam in iustificatione & donatione Spiritus sanctus confert &c. vel ipse donat ex gratia tanta pręmia operibus: nostra opera per se hęc non merentur &cæt.

CAPVT XXX.

ARGVMENTA.

1. *Lex Moysi quare sit data, & quomodo à littera ad spiritum per Christum sit translata.*
2. *Lex fidei & Evangelij quare sit data.*
3. *Quomodo lex fidei obligat.*

Pletiq;

Plerique carnales dum audiunt se liberatos à lege Moysaica & Iudaicis præceptis, putant se penitus liberos, & nulli legi, præcepto, vel operi amplius obligatos esse, & sicut non curant legem Moysis, ita contemnunt legem charitatis & iustitiæ, id est, Euangelium à Christo institutum & præceptum, & gloriantur solum de libertate carnis: ideo operæ præciū erit, ut sciamus quomodo liberati simus à lege literæ, & quatenus nunc obligamur ad obseruantiam Euangelicæ legis. Pro quo notandum, quod lex est doctrina, docens quid faciamus, & quid fugiamus, ut si fecerimus præscripta legis, sciamus nos bene fecisse: sin minus, cognoscamus peccatum nostrum, & male nos fecisse. & sic dicit Apostolus Romanor. tertio. Per legem cognitio peccati. Duplicem autem legem notat scriptura: Vnam, quam dedit Moyse in monte Synai, quam in tabulis & per os Moysis fecit diuulgari populo, ut Exod. 20. 21. 22. &c. Alteram legem dedit Christus discipulis ante ascensionem, videlicet Matth. vlt. vbi dixit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. euntes ergo docete, scilicet credere, & docete seruare quæ præcepi vobis. Legem Moysis dedit Deus populo Iudaico, primò ut sic distingueretur à gentibus idololatriis, ut esset ipsi peculiaris populus, qui verum Deum coleret fide & exterius illis operibus, & huius meminit Apostolus ad Roman. inquit: Quorum est adoptio filiorum Dei & gloria, & testamentum, & legislatio, & promissio.

Deindè, quoniam rudis erat populus & facilis ad peccandum, ideo dedit legem, ut transgressione illius puniretur, & sic à peccatis arceretur. Ideò facientes contra præcepta Decalogi, lapidabantur, ut blasphemus, adulterus, sabbathi violator &c. & dabatur oculus pro oculo, Dens pro dente, Exod. 21. & sic dicit

dicit Apostolus: Lex propter trāsgressores posita est: ut vel cohibeatur, vel cognoscatur peccatum. Postremo, quoniam Christus volebat nasci populo Iudaico secundum promissionem Prophetarum, scilicet de semine Abraham. Gen. 22 & David Psalm. 131. ideo volebat ut sanctiores essent & viuerent, quam ceterarum gentium nationes: ideo fuit selectus populus, & dicebatur gens sancta, populus Dei &c. ideo huiusmodi pręcepta & cęremonias dedit, quę erant figurę vltimę que ad Christum, nō vt talis lex iustificaret, sicut male intellexerunt Pharisei Iudeorum: alioqui Christus gratis venisset, Galat. secundo: sed vt esset pedagogus in Christum, per quem omnes saluantur & iustificantur, qui in eum credunt, sicut vbiq; Apostolus & maximē ad Roman. & Galat. disputat & docet. Erat autem lex valdē dura. pręcepit enim vltra Decalogum Exod. 20. circuncisionem sub maledictione & damnatione Genes. 22. 17. & Abraham quādo erat 109 annorum. se cogebatur circuncidere. nam dixit Deus, Masculus qui nō circuncidetur, delebitur anima illius de populo meo: pręcepit offerre pro peccatis arietes, agnos, boues, hircos, Leuit. 4. 5. 6. pręcepit de cibis animalium, quōdeam quę diuidebāt vngulam, & ruminarent in pecoribus, saltem comederent, & de piscibus quę habebant pinnulas & squamas, & de auibus &c. item quomodō singulis annis agnum paschalem ederent cum suis cęremonijs; Exod. duodecimo. Pręcepit quoque quomodō festa Tabernaculorum, Neomenię dies & menses seruarent, ac tubarum & expiationis Leuit. 23. de vestibus Aaronicis, Exod. 29. de attractu morticinij, & locatione vestimentorum, Leuiti. vndecimo, has & similes penē infinitas cęremonias & leges continebat lex Moysis, quę vnā cum Decalogo omnes pręcipiebantur sub maledictione, vt seruarentur sicut Deute. 28. Maledictus qui nō seruat omnia quę scripta sunt

in libro

In libro Legis. Et quoniam lex non præstabat gratiam seruandi, ob id solùm timore poenæ seruabant legem foris, cor autem intùs vacuum remansit: idèd dicitur hæc lex timoris, seruitutis, sceptrum exactoris &cæt. de quo dicit Petrus Actorum 13. quòd neque nos, neq; patres nostri potuerunt portare, id est, perfectè implere legem: defuit hìc Spiritussanctus & gratia, quam lex non conferebat, & hanc legem litera vbique describit scriptura. Et quoniam nemo perfectè satisfaciebat legi, neque ex suis viribus potuit, venit Christus hanc implere, Matt. 5. & pro nobis impleuit per omnia.

Deindè hanc decreti legem Moysis cum suis operibus & iustitijs carnalib⁹, scilicet circumcisionè, oblationè, cibos, festa &c. Sustulit, id est, *hat aufgehabe*, & à litera ad spiritum transtulit, atque nouam Euangelicam legem dedit, quæ dicitur Euangelica lex, lex Christi, lex fidei, lex charitatis, lex perfectæ libertatis, seruitus iustitiæ, atque mandatum sanctum. Dicitur autem Euangelium onus leue, iugum suaue, &cæt. quia Spiritussanctus datur per auditum verbi, scilicet quòd Christus mortuus est pro peccatis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram, Roma. 4. qui hoc verbum fidei credit & accipit, cum illo verbo datur Spiritussanctus, qui postea assistit spiritui nostro, Romanorum 8: cum suis fructibus, accendit dilectionem erga tam pium benefactorem & saluatorem Christum: quæ dilectio est finis legis, Ro. 12. & sic Spiritussanctus in nobis perficit ex charitate legem Decalogi. præcipit ergò lex Euangelica in primis simul & semper poenitentiam & fidem Marc. 1. & Luc. vltimo, semper poenitere debemus, & clamare: Dimitte nobis debita nostra, Mat. sexto, & adauge nobis fidem, Luc. 17. Deindè præcipit perpetuam dilectionem Dei & proximi, 1. Ioan. quarto. Si quis dicit, diligo DEVM, & proximum suum odit, mendax est.

dax est. Rom. 13. Nihil quicquam debeatis, nisi ut vos inuicem diligatis: in hoc dilectionis præcepto pendet lex & prophetæ, vtraque tabula præceptorum, Exod. 20. Ideò Euangelium non liberat, ne facias præcepta. Insuper Euangelium præcipit paupertatem Spiritus, munditiam cordis, misericordiam, sitim & esuriem iustitiæ, Matth. 5. item orationem & ieiunium, eleemosynam, cap. sexto. Non thesaurizare fidere Deo qui nos enutriet. item cap. 7 non iudicare, rogare patrem, reconciliari, cauere scandalū, cap. 5. esse veracem, benefacere inimicis, cap. 25. & in summa, qui aliud continet in toto, nisi hæc Euangelica præcepta. ad quæ obligamur ex Christi mādato, Mat. ultimo capite? Et quoniam in loco legis apud credentes nunc successit Euangelium, ideò fides non liberat à lege illa Euangelica, etsi hoc verum sit, quod à lege Moyfaica nos liberat: ideò vbiq̄ue admonent Apostoli, ne ad carnem trahamus hanc libertatem. Galat. quinto vocati estis in libertatem, scilicet à lege Moyfaica: sed videte ne in occasionem carni detis, id est, simul contemnatis legem Euangelicam, viuendo in adulterio, superbia, auaritia, ebrietate &c. nam ab illa Euangelica non sumus liberati, sed potius adacti & abstracti, ut nunc in seruitio iustitiæ seruiamus Domino nostro in laudem & gratiarū actionem redemptionis. Non dico quòd obseruātia Euangelicæ legis mereatur iustificationem: nam semper salua manet gratiæ regula, quòd per Christum hæc habemus: sed quoniam facti sumus serui iustitiæ, debemus eam præstare & tenemur, Luc. 17. Vocat igitur Apostolus Euāgelium legem fidei, Rom. 3. per quam excluditur gloriatio legis factorum, quæ non potuit iustificare, hæc autem per fidem accipit iustificationem sine operibus legis, & Iacobus in sua canon. inquit cap. primo. Estote factores verbi, & non tantum auditores, fallētes vosmetipsos. Nam si quis au-

ditor

ditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro
 & cæc, qui autem perspexerit in lege perfectæ liberta-
 tis, id est, Euangelij, & permanserit, id est, fecerit ea,
 non auditor ociosus, sed factor operis, hic beatus in
 facto suo erit: ergò ad legem illam fidei & libertatis
 perfectæ tenemur, vt illi obedientiam præstemus. Di-
 citur autem Euangelium lex fidei, quod cum primis
 fidem in Christum docet, & Christum describit, qua-
 tenus omnes in illum verè credentes, iustificantur à
 peccatis, & saluantur à damnatione, Ioan. tertio. Act.
 10. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent,
 remissionem gratis recipete per nomen eius. Dici-
 tur quoque lex libertatis, quod Spiritus sanctus libe-
 ræ in nobis implet legem ex dilectione erga Deum:
 econtrà lex literæ, dicitur factorum lex, & lex timo-
 ris & seruitutis: in legis ergò locum apud credentes
 successit Euangelium, lex scilicet spiritus & vitæ,
 quòd Euangelium siue lex non modò præteritorum
 peccatorum remissionem habet, sed & potioris gra-
 tiæ, id est, promissi spiritus donationem, qui non so-
 lum nostræ auxiliatur imbecillitati, & quod legi de-
 erat, implet: sed & præterea cor nobis atque effectum
 in legem donat. Non igitur carnalis libertas, neque
 inanis illa fiducia ad Deum per Christum sufficit, vel
 liberat à lege Christi, id est, Euangelio: quod lex Chri-
 sti dicitur, quia Christus dedit illam, non Moyses:
 ideò quauis sumus liberati à lege Moysis, à pecca-
 to, facti tamen sumus serui iustitiæ, Romanor. sexto.
 Audiendi ergò non sunt, qui legem Euangelicā, quæ
 spiritualis est, præceptam esse negant, & solam ac nu-
 dam fiduciam prætendunt, quæ etsi in loco suo ma-
 ximè valet & exigitur, nempe in iustificationis loco,
 quæ gratis contingit propter Christum: tamen extra
 locum iustificationis maximè exigitur obedientia
 Euangelij atque præceptorum Dei, alioqui hæc fidu-
 cia simulata est & mortua & c.

ARGVMENTA.

1. De lege charitatis quatenus semper obliget.
2. Et quod multi errent, dicentes legem esse abrogatam, & quod Deus exigat solam fidem in Christum.

1. **R**imò, multi grauius aberrant ex malo scripturæ intellectu, dicentes: lex Moysaica est abrogata: Deus exigit sola fide ad salutem, ob id nunc liberi sumus ab omni lege & opere, in sola fiducia pendentes erga Deum per Christum, & sic simul cum lege Moysis abijciunt & contemnunt legem Christi, id est, præcepta Euangelica: quare notandum est, quod ab initio mundi homines nunquam fuerunt penitus liberi & sine omni lege, neque gentes, neque Iudaei: semper enim habuerunt aliquam, & primò gentibus impressit Deus legem naturæ, antequàm aliqua lex scripta foret, sicut Apostolus testatur ad Romanos secundo, cum gentes legem non haberent, id est, scriptam in tabulis vel libris, vel etiam prædicationem aliquam aut prophetas, naturaliter ea fecerunt quæ sunt legis. Est enim lex Dei naturaliter cordibus nostris impressa: natura dicitur Deum creatorem laudandum, parentes venerandos, & vicissim parentes filios diligere & educare, natura dicitur, ut alteri, id est, proximo facias, quod tibi fieri velis: nemo cupit uxorem suam ab alio stuprari, sua per furtum alienari, se trucidari, falsa sustinere ab alio testimonia &c. idè peccantes tali & simili modo, non solum contra Deum peccant, sed & contra propriam naturam, atque sic nullus homo unquam fuit sine lege. Ratio & natura

habet

habet à Deo impressam in corde legem Dei. Videmus etiam quædam huiusmodi quodammodo in animalibus irrationalibus. Vnde Plutarchus meminit quædam animalia vti dictamine rationis & cæcæ. Deinde postquam malitia & peccata hominum penè extinxerunt hanc naturæ legem in cordibus hominum impressam, quando homo penè totus carnalis & animalis factus est, ita vt diceret Deus Gene. sexto. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quoniam caro est: & iterum, pœnitet me fecisse hominem & cæcæ. Misericordia tamen præualuit iustitiæ in Deo, vt mitteret redemptionem filium suum hominibus, idèò populo Iudaico, è quo nasci debebat CHRISTVS secundum carnem, iuxta promissionem Dei factam patribus, Abrahamo & Dauidi, Genez. 2. Psalm. 131. renouauit hanc legem, & non solum in cordibus, sed etiam in duabus tabulis lapideis, Exod. 20. præscripsit: & tam serio præcepit illam legem seruare, vt transgressoribus comminaretur punitionem in 3. & 4. generatione in filiis transgressoribus, & ostendere in mille misericordiam qui diligunt & custodiunt. Exod. 20. Sic quoque Deut. 6. inquit Moyses ea quæ præcepta sunt tibi, scribe in corde tuo, & narra ea filiis tuis, & meditare ea sedens in domo, & ambulans in itinere, & dormiens atque consurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesq; ea in limine & ostijs domus tuæ, cumque introduxerit te &c. hæc idèò tam strictè præcepta sunt, ne homo iterum illa obliuisceretur, & vt timeret pericula & maledictionem is, qui negligeret legem Dei atque præcepta: sicut patet in maledictionibus & benedictionibus Deuteron. 28. & Leuit. 26. Sed quia lex ita urgebat ex toto corde diligere ac præcepta Dei seruare, nec tamen conferebat facultatem præstandi: iussuratur, sed non dedit vt fieret: sicque factum est, vt non

solùm negligenter præcepta, sed & penitus desperarent de salute, quòd seruare non poterant. Ne igitur Deo obijcerent homines, Dedisti nobis legem, ad impossibile nos obligasti, voluntate tua nos damnas & cæt. apparuit gratia Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam nos saluos fecit, ad Tit. tertio.

Hic Christus filius Dei primùm ex duobus populis, id est, Iudæis & postea ex his ac Gentibus fecit vnum populum, scilicet Christianum, omnes vocans ad fidem: quòd nunc ampliùs non est distinctio Greci & Iudæi, Romanorum decimo. Sed idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum, sicut Ioel propheta capite secundo dicit, Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. & ad Ephes. secundo inquit: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque, id est, vtranque gentem, vnum, & medium parietem, id est, legem, quæ scilicet impediens, vt paries, viam ad cælum, dissoluens, & inimicitias inter Deum & hominẽ propter peccatum & transgressionem legis in carne sua, id est, per mortem euacuans, vt duos condat in semetipso in vno nouo homine, faciens pacem his qui propè, id est, Iudæis, & qui longè, id est, gentibus & cæt. vt nunc ambo accessum habeamus in vno spiritu ad patrem: sic fecit Christus primùm ex vtraque gente vnum hominem nouum, & est lapis angularis vtrunque parietem in suo corpore, id est, Iudæos & Gentes credentes, quorum ipse caput est per fidem in illum. Deindè postquam Christus ex vtraque gente fecit vnum & nouum hominem, idèò & nouam legem, scilicet charitatis, dedit legem Euangelij atque spiritus, vt nunc non ex natura vel coactione legis scriptæ, sed amore & voluntate præstemus legem, sicut ad Titum secundo dicit Apostolus: Apparuit gratia Dei saluatoris nostri, euadens nos, vt abnegantes impietatem, id est, incredulitatem

litem erga Deum, ſecularia atque mundana deſideria, id eſt, diuitias, honores &cæt. quare ſobriè erga nos, iuſtè erga proximum, piè erga fideles, id eſt, Deum, viuamus in hoc ſeculo, &cæt. Et vt quidem hæc lex charitatis, lex Chriſti atque Euangelij, non obliuiſceretur, vt que præſtemus obedientiam illi, aut ne quis diceret, præcepiſti, ſed non dediſti vnde poſſim ſatisfacere: effundit in nos abundè ſpirituſanctum, in lauacro regenerationis, ad Tit. tertio: vt his nunc in lege Euangelica adiuuet infirmitatem noſtram ſpiritus, Romanorum octauo: quatenùs ſeruetur lex Chriſti: quo fit, vt nemo nunc de impoſſibilitate legis Euangelicæ iuſtè conqueri poſſit, quòd illam præſtare non queat. Omnia poſſum in eo qui me confortat, ad Philipp. quarto inquit Apoſtolus: omnes accipimus ſpirituſ gratiæ, & ille multò fortior eſt imbecillitate carnis noſtræ, multò efficacior eſt gratia, quàm peccatum. Romanor. quinto: ideò peccatum dominari non poteſt, ſi quis ſaltem illam non in vanum acceperit, 2 Corinthiorum ſexto Multò igitur fortior eſt Spirituſſanctus, quàm Tyrannus carnis noſtræ: benè poteſt hunc ille reprimere, quare homo baptizatus inexcufabilis manet.

Ex vtroque ergò populo credentes, nunc vna fide patrem in ſpiritu adorant, Ioan. quarto: & vnam ſimul legem charitatis atque Chriſti habent, quæ dilectio eſt plenitudo legis, id eſt, ſi verè aderit, plus v- Rom. 13.
get, quàm lex naturæ aut ſcripta. Hoc enim efficit Spirituſſanctus, cuius fructus eſt charitas, Gal. quinto. Igitur nos nunc coacti, vel natura aut coactione legis, ſed liberè ac voluntario ſpiritu in laudem & gratiarum actionem redemptionis noſtræ: præſtare debemus legi Chriſti obedientiam, qui ſanguinem ſuum fudit, & mortuus eſt pro peccatis noſtris, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, Romano- rum quarto. Et hæc ratio eſt, cur vbi que Chriſtus

scriptura & Euangelium post fidem adedò vrget dilectionem, & sic vnit atque coniungit hæc duo, fidem & legem charitatis, quòd vnum sine altero parum aut nihil prodesse asseuerat. ad Corinthios ait, Si habuero omnem fidem, & charitatem non habeam, factus sum sicut æs sonans &cæt. 1. Corinthiorum 13. Hanc commendat vbique & exigit Romanorum 13. Galat. quinto: Fides quæ per dilectionem operatur, & CHRISTVS Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. & iterum, In hoc cognosceat mundus, quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. & Ioann. in canonica sua prima nihil adedò vrget, sicut charitatem DEI & proximi. Qui illam ergò non habuerit, non habet vnde gloriatur multum de inani illa fiducia. E quibus sequitur, quoniam facti sumus per fidem vnus populus, atque omnes iustificati gratia Iesu Christi per sanguinem ipsius, Romanorum tertio, vt nunc nos non putemus adedò liberatos ab omni lege, quin teneamur legi Christi, quam nisi obseruamus, restabit sententia Matth. septimo: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, &cæt. Primò, quia ingratus est beneficio iustificationis: deindè ingratus dono Spiritus sancti, qui paratus est te iuuare, si tuam voluntatem conformares. Nihil igitur valebit iactatio inanis fiduciæ, si neglecta fuerit obedientia legis Christi. Neque docetur, quòd obedientia legis CHRISTI mereatur iustificationem, quam iam fides gratis accepit propter Christum: sed quatenus obseruantia hæc legis Euangelicæ sequatur iustificationem, atque illam retineat, vt promissio salutis non fiat efflicax, alioqui neque saluaberis: ideò adedò necessaria est atq; exigitur, sicuti fides in suo loco, tamen non sit causa propter quam distribuatur vita, sed sanguis CHRISTI: non igitur nimis securum esse oportet propter sterilem illam fiduciam, eò quòd totum

Euange-

Evangelium non frustra à Christo est demandatum: quòd si sola fiducia sufficeret, non opus fuisset donare etiam Euangelicam legem, scilicet dilectionem & caritatem. Lex igitur charitatis omni hora & momento obligat Christianum ad observantiam, sicut Apostolus Romanorum 13 inquit: Nemini debeatis quicquam, nisi ut invicem vos diligatis. Hæc sola charitas semper obligat Christianos, & sic soluitur, quòd tamen semper debetur, & cetera. sicut fides nostra erga Deum semper durare debet, ita & charitas erga proximum.

(:)

F I

N

I S

LIBRI TERTII.

II 4

CATE

